A.6.20.



A.6.20.



NOVUS GRÆCORUM Epigrammatum & Poematiῶn DELECTUS CUM NOVA VERSIONE ET *NOTIS.*

Operâ THOMÆ JOHNSON, A. M.

In Usum Scholæ ETONENSIS.

Editio Quinta Emendatior.

Lucian. de Gymnasiis, *P.* 283. *Edit. Græv.*

Περιῆσι ἤδη, σοφῶν ἀνδρῶν γνώμας, καὶ ἔργα παλαιὰ, καὶ λόγους ὠφελίμους ἐν μέτροις καλλικοσμήσαντες, ὡς μᾶλλον μνημονεύοιεν, ῥαψῳδοῦμεν αὐτοῖς.

LONDINI:

Impensis GUL. & JOH. INNYS, ad Insignia Principis in Cœmeterio D. Pauli. M DCC XVIII.

BENEVOLO LECTORI.

Deficiente jam Farnabianâ Epigrammatum Editione, novum procurare Delectum ſatius omninò viſum eſt, quàm veterem prælo reddendum commendare: ſuam enim provinciam non ubique feliciter adminiſtraverat Farnabius; ut qui, nonnullis perquàm elegantibus omiſſis, plurima tamen vel ineptè παράδοξα, vel miſerè argutula, vel Puerorum denique mentibus non ſine periculo credenda aſciviſſet. Nugis igitur hujuſmodi ablegatis, alicundè reſarcienda erat jactura. Proinde inſanum illud Epigrammatum Volumen, à Brodæo editum, perlegere decrevi: ter, quater perlegi quantâ potui diligentiâ; at, ſi molem ſpectes, tenui, fateor, cum fructu. Anacreontis itaque nonnulla adjicere non dubitavi; at quæ modeſta cultu, nec à noſtro propoſito aliena. Inde Theognidem excutere placuit; quem prætermiſſum diu queſti ſunt docti viri: igitur ex illo, nimis parcè vereor, quædam tamen habes excerpta. At ſic faciendum erat, ne in nimiam hoc Opus excreſceret molem. Namque Aurea Pythagoræ Carmina,

mina, Moſchi Fugitivum Amorem, paulò licet prolixiora, mihi præterire Religio erat. Atque ita concinnatus, quem tibi, Lector, exhibemus librum, prodit. Quod ſi faſtidioſior hos tenues abjeceris labores, ut tuo palato minus gratos,

Diſcipulorum inter jubeas plorare Cathedras,

neque me pigebit, ſatis beatum, ſi, quæ Pueris ſcribuntur, in Puerorum cedant commodum: Quibus adeò inſervire ſtudui, ut, quæ aliàs non aſpernatus forem, cautus rejecerim, & quæ vix ullo apud me loco futura eſſent, illorum gratiâ unâ forſan aut alterâ vice cooptaverim. Hâc quoque potiſſimùm de cauſâ Latinam ſuſcepi Verſionem: quâ in Verſione id mihi unicè laborandum duxi, ut Latina Græcis ad amuſſim reſponderent; ne, quos errores uſque huc erraverunt, porrò Tyrones errare pergerent. Si qui ullam omninò Verſionem damnant, ut ineptum puerilis ignaviæ patrocinium, ſciant velim me nullo modo poſſe illorum ſententiæ accedere, tum quia aliter idoneis deſtituerentur adminiculis, qui in limine tantum Græcæ Linguæ hærent: tum quia ipſi ſuæ alicundè negligentiæ fulcimentum minus commodum invitis omnibus pararent. Non fieri igitur poteſt quin credam, multò ſatius eſſe ut quocunque modo Puerorum erroribus obviàm eatur, quàm ut vix unquam dediſcendos imbibant errores.

Adjecì

LECTORI.

Adjeci præterea Notulas quaſdam, ut novam, ubi opus eſt, interpretandi rationem aliquo modo confirmarem: & ſicubi recepta uſque hac lectio loco movetur, ne ſine cauſâ loco motam crederes. Vulgatis uſus ſum Codicibus, *Epigram.* Editione Brodæanâ, *Callimacho* Annæ Tanaquil. Fabri filiæ, *Anacreonte* Tanaquil. Fabri, *Poetis minoribus* Cantab. *editis.*

De hâc Quintâ Editione nihil ultra eſt quod te monitum velim, niſi me maturiori adhuc ductum conſilio, & novis adjutum auxiliis, privoribus quadringentis in Secundâ Editione inſertis non contemnendam verſuum optimorum acceſſionem feciſſe, ex eodem Menandro, Philemone, aliiſque, quorum ope auctior olim prodiit & commendatior hic Delectus. Habes etiam adjectam Vavaſſoris *Diſſertationem de Epigrammatum Collectoribus, doctam illam, & dignam quæ ubique legatur, huic autem loco perquam accommodam.*

Fave, ſi potes, & Vale.

Παραράματα.

PAg. 2. verſ. 4 & 6. dele ν poſt μὴν in medio vocis. Pag. 19 lin. 14. lege Χέρσῳ. Pag. 26. verſ 3. lege ὑπάρχει. Pag. 32. verſ. 1. lege ῥήματα. Pag. 35. verſ. 6. dele ν poſt ἴων. Pag. 42. verſ. 4. & Pag. 44. verſ. 4. dele ν poſt μὴν in medio vocis. Pag. 85. lin. 10. lege ΚΡΕΣΦΟΝΤΗΣ.

FR. AN-

FRANCISCUS VAVASSOR
DE
Collectoribus Epigrammatum Græcorum.

COllegerunt apud Græcos Epigrammata ſuorum viri inſignes, & ipſi Poëtæ, primum Meleager, deinde Philippus, tum Agathias, ad extremum, ſed longo poſt temporis intervallo, propiuſque à nobis, Maximus Planudes.

Ac Meleager quidem, homo natione Syrus, & oppido Gadarenus; quem Seleuco VI. Syriæ Rege ultimo, vixiſſe ferunt, incoluiſſe urbem Tyrum, in Co Inſulâ mortem obiiſſe; ex diverſis totius Antiquitatis ſex & quadraginta Scriptoribus Epigrammatum decerpſit flores, & inde coronam texuit, atque ita inſcripſit: cum ſuum cuique florem Poëtæ attribueret, ipſe pro parte aliquid in textum illud ſuave ac ſpecioſum conferret. Digeſtum opus, ac diſpoſitum pro ordine Literarum, unde ſinguli Poëtæ initium ducerent nominis; non autem, quod fuit fortaſſe ſatius, pro tempore, quo quiſque vixiſſet. Sed hoc, credo quia facilius, & cujuſvis, neglectum: illud, quia varium magis, & artificii eſſe alicujus videretur, uſurpatum. Quanquam hunc ordinem Meleagri dicitur confudiſſe Conſtantinus neſcio quis Cephalas, nec jam Nominum aut Perſonarum habuiſſe rationem, ſed res modò ſpectâſſe præcipuas, de quibus in Epigrammatis ageretur, & in diverſa quædam capita diſtribuiſſe, ἤγεν ἐρωτικὰ ἰδίως, καὶ ἀναθεματικὰ, καὶ ἐπιτύμβια, καὶ ἐπιδεικτικά. Certe videre licet etiamnum Manuſcriptos Codices, in quibus iſte retineatur quadripartitus & conſervetur ordo. De patriâ verò Meleagri, deque habitatione non unâ quod dixi, facilè intelligitur cum ex præclaro Epigrammate libri Anthologiæ tertii, in quo ipſe de ſe loquitur, Ἀξέμας ὦ ξένε βαῖνε· tum ex altero iſto nondum edito, quod eadem habet omnia, præter clauſulam, atque etiam diſtinctiora.

Πρώτα μοι Γαδάρων κλεινὰ πόλις ἔπλετο πάτρη,
Ἡνδρωσεν δ' ἱερὰ δεξαμένη με Τύρος.
Εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔβλων, καὶ δία τρέφεν ἐμὲ ἡ Κῶς,
Κἀμὲ θεὸν Μεέφπων ἀσὸν ἐγηγερόφι.

Μῶσαι

Μᾶσαι δ' εἰν ὀλίγοις με, τ' Εὐκράτεω Μελέαγρον
Παῖδα, μελιτ]ηέοις ἠγλάϊσαν Χάρεσι.

Prima mihi Gadarenorum inclyta civitas patria fuit: Deinde quæ me ſacra excepit Tyros, educavit virum. Poſtquam autem ad ſenectutem perveni, divina me Cos aluit: & adoptivum Meropum civem id ætatis fovit. Ac Muſæ in paucis Meleagrum me, Eucratis filium, per mellitas exornârunt Gratias.

Sed rem, quæ hic agitur, maximè continet carmen verſuum prope ſexaginta, quod procœmii loco coronæ Meleager ſuæ affinxit, ubi & Poëtæ nominatim & flores appellantur, atque, ut ſuus cuique aſſignatus flos eſt, inter ſe junguntur: quod ego carmen, in tam multis Meleagri jam editis, miror nondum vulgatum à quoquam fuiſſe. Præterquam quod enim ſuavitate quadam dictionis & numerorum ubique delectet: quædam nos, quæ nuſquam alibi extent, docere poteſt; ut illud, qui viri epigrammata, quæ feminæ, primum fecerint: ut hoc quoque, ſtatim initio, Meleagrum, quod Sertum legerat, Diocli amico obtuliſſe, & ſui apud illum μνημόσυνον, hoc eſt, amoris pignus & monumentum, eſſe voluiſſe.

Μᾶσα φίλα, τίνι τάνδε φέρεις πάγκαρπον ἀοιδάν;
Ἢ τίς ὁ κἠ τάξας ὑμνοθέτας στέφανον;
Ἄνυσε μοι Μελέαγρ', ἀειζάλῳ ὄφρα Διοκλεῖ
Μνημόσυνον ταύταν ἐξεπόνησε χάριν.

Muſa dilecta, cuinam defers carmen hoc omnino frugiferum? aut quis Poeta coronam texuit? Confecit Meleager, ac præclaro Diocli, quod amoris monumentum foret, hoc expolivit munus:

Πολλὰ μὲν ἐμπλέξας Ἀνύτης κρίνα· πολλὰ δὲ Μυρτὼ
Λείρια· κἠ Σαπφοῦς βαιὰ μέν, ἀλλὰ ῥόδα.
Νάρκισσόν τε χορῶν Μελανιππίδος ἔγκυον ὕμνον,
Καὶ νέον οἰνάνθης κλῆμα Σιμωνίδεω.
Ἓν δ' ἀνέμιξε πλέξας μυρόπνοον ἄνθεμον ἶριν
Νοσσίδος· ἧς θελκτὸς κηρὸν ἔτηξεν ἔρως.
Τῇ δ' ἅμα κἠ σάμψυχον ἀφ' ἁδυπνόοιο Ῥιανοῦ
Καὶ γλυκὺν Ἡερίννης παρθενόχρωτα κρόκον.

Multa innexuit Anytes lilia: multa Myrtus lilia: Sapphus verò perpauca quidem, ſed roſas. Narciſſumque hymnum Melanippidæ choreis fertilem: Et novum ænanthes palmitem Simonidis. Ac plexuit ſimul odoratam & ſuavem irin Noſſidis; cujus blandus ceram mollivit amor. Unà cum iſta ſampſuchum à ſuaviſſimo Riano; & dulcem Herinnæ crocum, puellis colore ſimilem.

Ἀλκαίᾳ τε λάλαθρον ἐν ὑμνοπόλοις ὑάκινθον·
Καὶ Σαμίᾳ δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον.
Ἐν ᾧ Λεωνίδεω θαλερὰς κισσοῖο κορύμβας,
Μνασάλκᾳ τε κόμας ὀξυπόρῳ πίτυϊ.
Βλαισῷ τε πλατάνιστον ἀπέθρισε Παμφίλᾳ οἴνης,
Σύμπλεκτον καρύης ἔρνεσι Παγκράτεϊ.
Τύμνεώ τ' εὐπέταλον λάϊκλον, χλοερήν τε σίσυμβρον
Νικίᾳ. Εὐφήμᾳ τ' ἀμμότροφον παράλον.

Ἐν ᾧ.] Subaud. πλέξας. ἐμπλέξας. Sic verſu abhinc ſexto, & decimo ſexto, viceſimo, &c.

Et Alcæi inter lyricos loquacem hyacinthum, & Samiæ ramum lauri nigricantibus foliis. Prætereà Leonidæ teneros hederæ corymbos, & Mnaſalci comas acutæ pinus, Flexilemque platanum defregit ex Pamphili vite, ramis implexam nucis, quæ Panceratis eſt. Et Tymnæ frondoſam populum albam, & viride ſiſymbrium Niciæ, & Euphemi litoralem paralum.

Ἐν δ' ἄρα Δαμαγήτᾳ ἴον μέλαν· ἡδύ τε μύρσον
Καλλιμάχου συφελὲς μετὸν ἀεὶ μέλιτι.
Λυχνίδα τ' Εὐφορίωνος· ὁ δ' ἐν μέσσῃσιν ἀμείνων,
Ὃς Διὸς ἐκ κερῶν εἶχεν ἐπωνυμίαν.
Τῇσι δ' ἅμ' Ἡγησίππου ἐνέπλεκε μαινάδα βότρυν,
Πέρσεω τ' εὐώδη σχοῖνον ἀμησάμενος.
Σὺν δ' ἅμα κἠ γλυκὺ μῆλον ἀπ' ἀκρεμόνων Διοτίμου,
Καὶ ῥοιῆς ἀνθη πρῶτα Μενεκράτεος.

Ac Damageti violam nigram, ſuavemque myrtum Callimachi, plenam ſemper denſati mellis. Et lychnidem Euphorionis, hic verò inter Muſas eximius, qui Jovis ex puellis nomen habuit. Atque his Hegeſippi implicuit racemum, qui agat in furorem, & Perſei juncum odoratum excerpſit. Una cum his etiam dulce malum è ramis Diotimi, & punicæ flores primos Menecratis.

Σμυρναίου τε κλάδας Νικαινέτου, ἠδὲ Φαέννου
Τέρμινθον· βρωτοῦ τ' ἀχράδα Σιμίεω.
Ἐν ᾧ κἠ ἐκ λειμῶνος ἀμωμήτοιο σέλινα,
Βακὰ διακνίζων τ' ἄνθεα Παρθενίδος.
Λεύϊανά τ' εὐκαρπόφυλα μελισσάγλων ἀπὸ μισσῶν,
Ξανθὰς ἐκ καλάμης Βακχυλίδεω σάχυας.
Ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρεοντείου γλυκὺ κεῖνο μέλισμα
Νέκταρος, εἰς δ' ἐλέγους ἄσπορον, ἀνθέμιον.

Myrrhæque ramos Nicæneti, Phaennique terebinthum, & veſcam arbrada Simiæ. Tum ex prato fertili apiæ, exiguos carpens flores Parthe-

Parthenidos. Tum reliquias frugiferas à Muſis mel ſtillantibus, flavas è culmo Bacchylidis ſpicas. Inde Anacreontici cantionem illam dulcem nectaris, & fecundam elegis, anthemium.

Ἐν ᾧ κ᾽ ἐκ φοβερῆς σκολιότειχ᾽ ἄνθ᾽ ἀκάνθης
Ἀρχιλόχυ, μικρὰς σταγόσας ἀπ᾽ ὠκεανῦ.
Τὰς δ᾽ ἅμ᾽ Ἀλεξάνδρυ νέυς ὄρπικας ἐλαίης,
Ἡδὲ Πολυκλείτυ πορφυρέων κύανον.
Ἐν δ᾽ ἄρ᾽ ἀμάρακον ἧκε Πολυσχάτυ ἄνθ᾽ ἀοιδᾶς.
Φοίνισσάν τε νέων κύπειρον ἀπ᾽ Ἀντιπάτρυ.
Καὶ μὶν κ᾽ Ἀρίαν σταχυότειχα θήκατο νάρδον,
Τιμοθέταν Ἑρμῆ δῶρον ἀειδόμενον.

Ἀλεξάνδρυ.] Ἀλεξάνδροις | enim conſtat verſus. forte. vel Ἀλεξανδρέτε. Sic |

Atque etiam ex horribili criſpaque acantho florem Archilochi parvas ex Oceano guttas. Et Alexandri novos ſurculos oleæ, & Polycleti purpuream cyanum. Tum verò amaracum immiſit, Polyſtrati florem Poëtæ, & phœnicium novum liguſtrum ab Antipatro. Nec non Ariam ſpicam nardi poſuit, Poëtam Mercurii donum canentem.

Ἐν ᾧ Ποσείδιππόν τε κ᾽ Ἥδυλον ἄγρι᾽ ἀρούρης,
Σικελίδεώ τ᾽ ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα.
Καὶ μὶν κ᾽ χρύσειον ἀεὶ θείοιο Πλάτωνος
Κλῶνα, τὸ ἐξ ἀρετῆς πάντοθι λαμπόμενον.
Ἀστρων τ᾽ ἰδέειν Ἄρατον ὁμῦ βάλεν, ἐσσομάκους
Φοίνικος κείρας πρωτογόνους ἕλικας.
Λοῦόν τ᾽ ἀιχαίτιν Χαιρήμονος, ἐν φλογὶ μίξας
Φαιδίμυ, Ἀντιγόρυ ἔυσσοφον ὄμμα βοός.
Γὰν τε Φαλακρηΐου Θεοδωρείδεω νεοθαλῆ
Ἑρπυλλον· κυανῶν τ᾽ ἄνθεα Φανίεω.

Poſidippumque, Hidylumque, raphanos ſylveſtres terræ, Siceliidæque anemonas. Quin & chryſeum ſemper divini Platonis ſtirpem, vi ſua ex omni parte fulgentem. Qui aſtrorum ſcientem Aratum eodem conjecit, & proceræ palmæ totondit cauliculos primos. qui lotum comantem Chæremonis, flammeæ admiſcuit Phædimi, Antagoræ tortilem buphthalmum. ac Phalacræum Theodori recens natum ſerpyllum, & cyanorum flores Phaniæ.

Ἄλλων τ᾽ ἔρνεα πολλὰ νεόσσοφα, τοῖς δ᾽ ἅμα Μώσης
Καὶ σφέτερης ἔτι πω πρωΐμα λιλκοΐα.
Ἀλλὰ φίλοις μὶν ἐμοῖσι φέρω χάριν· ἔστι γὰρ μύσας
Κοινὸς ὁ τὴν μισέων ἡδυεπὴς στέφανος.

Multaque aliorum germina nova addidit, ſimul & cum iis, Muſæ ſuæ, quæ citò oriuntur, leucoia. Cùm autem hoc amicis defero munus, tum poeticæ cultoribus communis hæc Muſarum ſuavis corona.

Altera eſt à Philippo Theſſalonicenſi corona contexta, eademque Camillo cuidam delata, inſtituto & exemplo Meleagri. Secutus quoque rectam ſeriem literarum Philippus, ut Meleager, ad Poëtas ſingulos, ſingulas vel plantas, vel flores, vel arbuſculas, explicandi & diſtinguendi cauſa, aut ornandi adjunxit. Hoc diſſimile, quòd quatuordecim numero tantum Poëtas recenſuit, quos ejuſmodi ſuis inſtruxit inſignibus; alios aliis, quibus quiſque vellet, deſignandos floribus permiſit. Sed iſta dici quid neceſſe eſt pluribus, quæ ipſe brevitèr Philippus complexus eſt? Sic enim loquitur præfatione ſua, quam, inéditam quoque adhuc, non patiar ampliùs deſiderari.

Ἀνθεά σοι δρέψας ἑλικώνια· καὶ κλυτοδένδρου
Πιερίης κείρας πρωτοφύτους κάλυκας,
Καὶ σελίδων νεανῆς θερίσας σάχιν· ἄνθεα ἔπλεξα
Τοῖς Μελεαγρείοις ὡς ἴκελον στεφάνοις.
Ἀλλὰ παλαιοτέρων εἰδὼς κλέος, ἐσθλὲ Κάμιλλε,
Γνῶθι καὶ ὁπλοτέρων τὴν ὀλιγοσιχίλων.

Cum flores tibi excerpſerim Heliconios, & inclytæ arboribus Pieriæ totonderim teneros calyces; cumque librorum recentium legerim ſpicas; nexui quoque Meleagri ſimile quiddam coronæ. Qui vero antiquorum noſti decus, optime Camille, noſce & recentiorum in ea arte tenuitatem.

Ἀντίπατρος πρέψει στεφάνῳ σάχυς· ὡς ὁ κόρυμβος
Κεινάγορας· λάμψει δ' ὡς βότρυς Ἀντίφιλος.
Τύλλιος ὡς μελίλωτον· ἀμάραντον ὡς Φιλόδημος.
Μύρτα δ' ὁ Παρμενίων· ὡς ῥόδον Ἀντιφάνης.
Κιανὸς δ' Αὐτομέδων· Ζώνας κεῖνα· δρῦς ὁ Βιάνωρ·
Ἀντίγονος δ' ἐλάτη, καὶ Διόδωρος ἴον.
Εὐλώῳ δάφνην συνεπέπλεκε. Τὰς δὲ θεωνὰς
Εἴκασον οἷς ἐθέλοις ἄνθεσιν ἀρτιφύτοις.

Antipater aptabitur coronæ pro ſpica: ut racemus Crinagoras: lucebit ut uva Antiphilus. Tullius, ut melilotus: Philodemus, ut amaracus: pro myrto Parmenion, pro roſa Antiphanes.

phanes. Hedera erit Automedon, lilia Zonas, quercus Bianor, Antigonus olea, Diodorus viola. Evenum lauro implicuit. reliquos Poëtas confer cum floribus quibuſlibet novis.

Videſne, Lector, quid ſibi Philippus hic velit, quidve ſe profiteatur feciſſe? Ait à ſe collectos Poëtas recentiores; cum quidem Meleager antiquos maximè, ut ejus ex proemio perſpicitur, collegerit. Sed quia, Philippo quī recentiores, iidem non modò nobis eſſe poſſunt antiquiſſimi, ſed aliis etiam Poëtis compluribus Græcis; plurimùm autem intereſt ad bonitatem & præſtantiam, epigrammata eſſe à vetuſtioribus profecta, quod poſterius tempus priorī multum ſcribendi laude concedat: inveſtigandum videtur quo Philippus tempore, novorum epigrammatum collector, floruerit; nè ſua ei novitas fraudi ſit, aut minorī certè in pretio & honore habeantur, quæ collegit. Inter epigrammata Philippi amplius quinquaginta, eſſe video tria omninò, quæ admoneant nos, imò certiores faciant, quibus is temporibus extiterit: quanquam aliud alio manifeſtius aperiat. Primùm, concinnum ſine dubio & vetere Græcia dignum, eſt ejuſmodi, quod nos è Græco libentèr propter elegantiam & venuſtatem argumenti, ut & alia duo, convertimus.

Φοῖβον ἀνηναμψὴ ποτὲ Δάφνη, νυῦ ἀνέτειλε
Καίσαρϑ ἐκ βωμοῦ κλῶνα μελαμπέταλον.
Ἐκ ὗ Θεὸς Θεὸν εὗρεν ἀμείνονα. Λητοΐδλω γὸ
Ἐχθήρασα, φιλεῖ Ζηῦα ϯ Αἰνειάδλω.
Ῥίζαν δ' ἐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ' ἀπὸ πέτρης·
Καίσαρι μὴ τίκτειν ἐδὲ λίθϑ δυνάϑ.

Phœbum alias Daphne ſprevit: nunc Cæſaris ultro
Ex ara ramos protulit alma ſuos.
Ecce Deo inventus melior Deus. oderat olim
Latoidem: Æneadum nunc amat illa Jovem.
Saxo radicem, non terra matre, profudit.
Non potis Auguſto non parere ipſe lapis.

Tenemus igitur Sæculum Philippi, qui ſic Imperatori Cæſari victorias & lauros gratuletur, ut ejus honoris cauſa fœcundum velit eſſe vel lapidem, quo nihil ſit ſterilius in rerum natura. Sed cùm felix hoc augurium de lauro ſive

de palmâ, ex altari Cæſaris enatâ, alii prodiderint eveniſſe Julio Cæſari, alii Octavio Auguſto: nondum ſatis conſtat, utrius ſit Philippus cum ætate conjunctior. Leve diſcrimen, ut vides, Lector; ſiquidem alter alteri ſucceſſit Imperator deinceps. tollendum tamen; cum ſecundo tertiove epigrammate tolli poſſit. Secundum epigramma ita habet.

Ψιττακὸς ὁ βεσόγηρυς, ἀφεὶς λυσοδόχεα κύρτου,
Ἤλυδεν εἰς δρυμὰς ἀνθοφυεῖ πλέρυγι.
Αἰεὶ δ' ἐμμελέσσι ἀσπάσμασι Καίσαρα κλεινὸν,
Οὐδ' ἀν ὄρη λάθλω ἤγαγεν ἐνόμαδος.
Ἔδρεμε δ' ὠκυδίδακτος ἅπας οἰωνὸς, ἐείζων
Τίς φθλῶαι δώμα Δαίμονι, χαῖρ', ἐνέπειν.
Ὀρφεὺς θῆρας ἔπεισεν ἐν ἔρεσιν· ἐς δέ σε, Καῖσαρ,
Νῦν ἀκέλδος ἅπας ὄρνις ἀναπρέκε.

E caveâ in ſylvas pictis effugerat alis,
Humano doctus Pſittacus ore loqui.
Sæpe ſalutato recolebat Cæſare voces:
Celſa nec oblitus per juga nomen erat.
Accurrere aliæ, ſubito didicere, volucres,
Certatimque ſonant gutture: Cæſar, ave.
Flexit voce feras Orpheus in montibus. At te
Vocales, Cæſar, ſponte loquuntur aves.

Tertium eſt illud.

Οὐκ ἔτι πυρσωθεὶς ὁ φαλαγξομάχας ἐπὶ δῆριν
Ἀρχὸς ὁρμαίνει μυριόδυς ἐλέφας.
Ἀλλὰ φόβῳ σείλας βαθυὺ αὐχένα πρὸς ζυγοδέσμης,
Ἄνυσα διφρηλατεῖ Καίσαρος ἡνίοχον.
Ἔσχε δ' εἰρωίης χὴ θὴρ χάριν· ὅρσαγα ῥίψας
Ἄρεος, ἀγομίης ἀνσανάγει πάλεγα.

Non elephas turritus adhuc, junctuſque catervis,
In conferta ruit prælia dente truci.
Sed juga, ceu metuens, pronâ cervice ſubivit,
Cæſareo Latium quo vehat axe ducem.
Commoda jam pacis ſentit fera: projicit arma
Martia, fert juris pro quibus illa patrem.

Cui

Cui dubium nunc esse potest, quin uterque, & Psittacus, & Elephantus, ad Augustum Cæsarem pertineat, in eumque unum duo hæc epigrammata cadant, frustra conferantur in alium? Est auctor Macrobius, reversum Cæsarem, quasi sublimem Actiaca victoria, salutatum à Psittaco, ad id officii genus instituto, cùm garriret illud identidem, Ave, Cæsar, victor, imperator. Eundem verò Cæsarem, invectum aliquando triumphali curru, quem juncti elephanti subierint, etsi nulli suo loco historici scriptum reliquerunt: tamen magna mihi orta suspicio ita rem habere, vel ex eo quod decretus defuncto à senatu in circensi pompa currus elephantorum. Quid si, vivo Cæsare Augusto, tunc aderat Romæ Philippus? Quid si ex Græculorum numero erat, qui porrigendis epigrammatis interpellarent, vel onerarent potius Imperatorem? Quid si is erat, cujus daturi epigramma, epigrammate dando prævenit, ut illuderet Poëtæ: à quo tamen ipse festivo facto jocularique dicto elusus est: ut sestertia centum millia ab optimo Principe, summoque ingeniorum amatore, blandissimus Poëta expresserit. Quanquam nihil hic affirmo. Sed divinatio placet. Simul & admonere volui, si qui rem non nossent, adirent locum Macrobii, aut etiam si nossent.

Sequitur tertius conquisitor epigrammatum & collector Agathias, Asianus & Myrinæus, idemque scholasticus appellatus. Cui non jam visum coronam ullam plectere, aut singulos poetas comparare singulis floribus, ut superiores fecerunt duo: sed propriè & simpliciter in unum aggregare locum nova quædam epigrammata, ad quæ symbolam ipse contulerit. Hunc autem quingentis circiter post annis ætas tulit Justiniani, idem Constantinopoli vixit, & suum hoc opus ad Theodorum decurionem τὰ κοσμικὰ conscripsit, ut videri debeant omnia inferioris notæ, quæ serius nata sint quodammodo, & creverint non optimis temporibus. Palladam certè invadit Henricus Stephanus & exagitat, vel ut plagiarium, si quid affert quod tolerabile nec contemptum videatur; vel, si quid profert de suo, ut ineptum. Contumeliosius etiam Josephus Scaliger, qui ineptissimum, quotquot ante fuerunt, non Poëtam, sed literatorem appellet. Durè ab eodem Scaligero aceptus

& Lucillius, apud quem esse jocos ait complures frigidissimos, & Græcanicas ineptias, ubi stomachum vix teneat. Gravis omninò & atrox; at justa fortasse reprehensio duorum. Sed hoc nihil est ad illud, quod in Paulo Silentiario condemnat sæculum totum, dum Paulum asserit, sui vitio sæculi, sive morbo laborare. Quod autem vitium, qui morbus? Strepitus inanis verborum, ambitus sententiarum confragosus, compositio dithyrambis audacior: quod uno verbo exponi poterat, maluisse binis aut ternis versibus producere: dum se fecundum atque uberem præstet, nihil, præter verborum sonitum & ampullas, attulisse.

Verumtamen quid hæc ad me censura duorum Criticorum? quid ad rem nostram pertinet? Eo spectavi, Lector, hoc intelligi placuit: cùm posterius illud Græcorum Poëtarum sæculum tantum degenerarit à prioribus; satius futurum fuisse, si ipsi à se Poëtæ non discerperentur, nec aliorum aliis admixta epigrammata, nec mala cum bonis propemodum alternis confusa essent. Sic namque fore manifestum vel ex tempore, quanti quisque faciendus Poëta, quis honos cuique habendus; cùm excellentes à mediocribus secernerentur, ab utrisque deterrimi: tutam imitationem juniorum futuram, quorum rudis ætas tam facilè malis nunc quidem & infructuosis, quam bonis & utilibus adhæresçat; nec voluptati non ducendum, nosse gradus & incrementa operum aut decrementa: cùm pretium indicare pauci queant, pauci, quid sibi optimum sit, eligere. Hæc porrò confusio & perturbatio duplex: altera, cùm recentes Poëtæ admisceantur antiquis: altera, cùm epigrammata nova novis quidem intertexta, prisca priscis: sed diversorum scriptorum: non autem ponuntur continenter indivisi Poëtæ & indiscreti.

Pæne præterii quod tacendum non videtur fuisse: quemadmodum Meleager & Philippus præposuerunt operi suo quædam, sic Agathiam suo quoque scripto & collectioni affinxisse procœmium, imò etiam procœmia; qui & iambicis præfatus est, & hexametris. In quibus utrisque jam tum agnoscas licet pompam inanem illam, & fucatam speciem, & copiam nimiam, quæ in tempus potius, quàm in homines confertur. Hæc procœmia verò, quanquam non edita ante hanc diem, omitto tamen propter longitudinem, quam

mihi

mihi ſtatui eſſe vitandam. Paululum quiddam delibare placuit, ex quo percipiatur, quod nunc habemus opus in manibus collectorum epigrammatum, non novo more, nec nullo exemplo, ſeptem in partes ſeu libros diviſum: ne quis fortè primum ita diviſiſſe Planudem exiſtimet.

Πρῶτα ᾗ συλλέξαιμι, παλαιχμοέεσσιν ἐείζων,
Ὅσσαπερ ἐγραψαντο νέης χλυεπῆρες ἀοιδῆς,
Ὡς περτέρεις μακάρεσσιν ἀνειμένα· καὶ γὰρ ἐώκῃ
Γράμμασι ἀρχαίοιο σοφὸν μίμημα φυλάξαι.
Ἀλλὰ πάλιν μετεκεῖνα παλαίτερον εὖχος ἀείρῃ,
Ὅσσαπερ ἢ γραφίδεσσι χαραξαμένη τινὶ χώρῳ,
Εἴτε καὶ ἀΐπτοιο σὺν βρέτας, εἴτε καὶ ἄλλης
Τέχνης ἐργοπόνοιο πολυσπερέεσσιν ἄεθλοις.
Καὶ τριτάτῳ βαθίδα νεμοίσατο ἔλλαχε βίβλος
Ὅσσα θέμις τύμβοισι, τάπερ Θεὸς ἐν μοῖ ἀοιδῇ
Ἐκτελέειν νεύσειεν, ἐν ἀτρεκίῃ δ᾽ διώκειν.

Ac primum colligam, æmulatus antiquos, quæ ſcripſerunt novi conditores carminis, ut majoribus Diis conſecrata. Etenim conveniebat veterum ſcriptorum præclarum exemplar retinere. Deinde etiam antiquum decus attollunt quæcunque Poëta ſtilo incidit quovis loco, ſive in ſtatuis affabrè factis, ſive in alterius artis laborioſæ diverſis monumentis. Ac tertium ſpatium novi ſortita ſunt libri quæcunque poſuimus in ſepulcris, quæ quidem Apollo tum verſibus perficere annuerit, tum ex vero perſequi.

Ὅσσα ᾗ καὶ βιέτοιο πολυσπερέεσσι κελεύθοις
Γράψαμεν, ἀσαθέος τὲ τύχης σφαλεροῖσι ταλάντοις,
Δέρκεό μοι βιβλίῳ ἐν φρεσὶ κρηπῖδα τετάρτῳ.
Καὶ τάχα καὶ πέμπτοιο χάεις θέλξειεν ἄεθλος,
Ὁππόθι κερτομέοντες ἐπεσβόλον ἦχον ἀοιδῆς
Γράψαμεν· ἑκταίου δ᾽ μέλος κλέψασα κυθήρη
Εἰς ὄαρὲς ἐλέγοιο φερπρέψειε πορείῳ
Καὶ γλυκερὲς ἐς ἔρωτας· ἐν ἑβδομάτῃ δ᾽ μελίσσῃ
Εὑρεσιώνας Βάκχοιο, φιλακρήτους τε χορείας,
Καὶ μέθυ, καὶ κρητῆρα, καὶ ὄλβια δεῖπνα νοήσεις.

Quæ vero & de vitæ multiplici ratione ac via ſcripſimus, & de inconſtantis fortunæ fallacibus momentis, aſpice, libri circa ſedem quartam. Ac delectare poteſt forſan quinti venuſtas libri, ubi irridentes convitia & proboſum carmen ſcripſimus. Sextum volumen ſurripiens cithara, in feminas elego-

rum

Jam deflexerit copiam, atque in dulces amores. Septimo denique in florilegio ſive apiario gaudia Bacchi, & amicas meri choreas, & vinum, & pocula, & lauta convivia cogitabis.

Calamo porrò notatos codices, ex quibus horum quædam eruta, & indicavit Ægidius Menagius, vir in paucis doctus, & commodavit nobis: ut hoc ei, præter cætera, ſtudioſi literarum acceptum referre debeant.

Reſtat ut de Maximo Planude, collectore poſtremo epigrammatum, quod promiſi, perſolvam. Is anno ſupra milleſimum trecenteſimo octogeſimo, Romæ, Urbano VI. Pontifice maximo, Conſtantinopoli Nilo Patriarcha, cùm ibi floreret in cœnobio, multaque, vir Græcis & Latinis literis excultus, ſcriberet; temporis aliquid impertivit epigrammatis Græcorum veterum recolligendis. Ac diſtribuit ille quidem librum in ſeptem volumina, ut Agathias: ſed non eadem, quæ Agathias, in quodque volumen retulit: id quod ex fragmento ſuperiore illo Agathiæ ſatis adparet, ſi quis cum eo Planudis opus totum conferat. Habentur autem quolibet volumine certa capita rerum, certæ ſic tanquam per communes locos inſcriptiones: idque ordine ſervato quodam elementorum. In quo ſe & religioſum videtur præbuiſſe, honeſtique amantem, reſecandis turpibus quamplurimis; diligentem ac ſedulum, accerſendis undique & comportandis epigrammatis: & ſatis prudentem, diſponendis atque ordinandis.

INDEX

INDEX

Alphabeticus,

Secundum Numerum

EPIGRAMMATUM

CONCINNATUS.

A.

	Num.
Εἰς Ἀγάλματα τινα	IN Statuas quaſdam,	175, &c
Εἰς Ἀγῶνας καὶ Ἀγωνιστὰς	In Certamina	1, 2
Ἀγρὸν	Agrum	226
Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα	Alexandrum Macedonem	144
Ἄμπελον	Vitem	3
Ἀνακρέοντα	Anacreontem	159
Ἀνακρέοντος Μέλη τινὰ	Ex Anacreonte Carmina quædam	228, &c.
Εἰς Ἀνατήρους	In Mutilos	4
Ἄνδρας ἀγαθοὺς	Viros bonos	112 ad 118
Ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους	Viros obſcuriores	128
Ἀνδρείαν καὶ ἀνδρείους	Fortitudinem & Fortes	5, 6, 118, 128, 129, 130

Εἰς

INDEX.

Εἰς Ἀνθρώπινον βίον	In Vitam humanam	21 ad 23
Ἀνταπόδοσιν	Retributionem	10
Ἀπειλῶ	Minas	11
Ἀρετῶ	Virtutem	12, 198
Ἀρτέμιδος ναὸν	Templum Dianæ	58
Ἀρχίλοχον	Archilochum	155, 156
Ἀσκληπιοῦ ναὸν	Templum Æsculapii	181
Ἀστρόλογον	Astrologum	91
Ἄσωτον	Intemperantem	13
Αὐλητῶ	Citharœdum	14
Αὐτάρκειαν	Sufficientiam	15 ad 20
Ἀφροδίτης ἄγαλμα	Statuam Veneris	176, 177
Ἀφύλακτον	Domum Incustoditam	98, 99
Ἀχαρίστους	Ingratos	41, 42, 43

B.

Βίωνος	Bionis	240, 241
Εἰς Βρέφος	In Puerum	33

Γ.

Εἰς Γέροντα	In Senem	136, 137, 138, 139, 140, 141
Γῆρας	Senectutem	34
Γεραίας	Anum	92, 93
Γραφίδα	Calamum Scriptorium	35
Γυναῖκα	Uxorem	135

Δ.

Εἰς Δένδρα	In Arbores	36, 37
Δία	Jovem	224
Διογένην	Diogenem	168
Δοῦλον	Servum	142
Δυσειδεῖς	Deformes	94, 95, 96
Δυσκόλῳ	Morosо	270
Δυσπραγίαν	Infecilitatem	38

INDEX.

E.

Εἰς Ἔαρ — In Ver 234
Ἕκτορα καὶ Αἴαντα — Hectorem & Ajacem 143
Ἔπαινοι — Laudes 39
Ἐπίκητον — Epictetum 170, 171
Ἑρμίαν — Hermiam 199
Ἑρμοκρατέαν — Hermocrateam 161, 162
Ἑρμοῦ ἄγαλμα — Statuam Mercurii 178
Ἔρως φυγάτης — Amor fugitivus 237
Ἔρωτα — Amorem 40, 229, 231, 232, 233, 236
Περὶ Εὐγλωΐας — Nobilitatem 78
Εἰς Εὐριπίδην — Euripidem 157, 242
Εὐχαί — Preces 44

Z.

Εἰς Ξενοφίλαν — In Zenophilam 187 ad 190

H.

Εἰς Ἡράκλειτον — In Heraclitum 167, 169
Ἥρας θηλαζούσης ἄγαλμα — Statuam Junonis lactantis 179
Ἡσιόδου — Hesiodi 197
Ἠχοῦς ἄγαλμα — Statuam Echûs 175

Θ.

Εἰς Θαλῆν — In Thaletem 164
Θάνατον — Mortem 46, 47, 48, 49
Θεμιστοκλέα — Themistoclem 119, 126, 127
Θεόγνιδός τινα — Ex Theognide quædam 200
Εἰς Θεούς — In Deos 50, 51
Εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας — In eos qui ad Thermopylas occubuerunt 120 ad 125
Θουκυδίδην — Thucydidem 55

Εἰς

INDEX.

I.

Εἰς Ἰξίτιλλ̃ — In Aucupem 146
Ἱπποκράτ̃ — Hippocratem 145

K.

Εἰς Καιρ̃ ἄγαλμα — In Statuam temporis 82
Κλέπτας — Fures 97
Κόλακας — Adulatores 53, 54
Κρησφόντης — Creſphontes 242

Λ.

Λαΐδ̃ ἀνάθεμα — Laidis carmen votivum 196
Εἰς Λουτρ̃ν — In Lavacrum ſeu Balneum 83, 84, 85
Λύρ̃ν — Lyram 228

M.

Εἰς Μένανδρ̃ν — In Menandrum 30, 01, 217, 220, 227, 243
Μενέστρατ̃ν Κυνικ̃ν — Meneſtratum Cynicum 111
Μεσότητα — Mediocritatem 56, 57
Μιλτιάδ̃ν — Miltiadem 165, 166
Μύρων̃ βο̃ν — Myronis Bovem 173

N.

Εἰς Ναυαγήσαντας — In Naufragos 47 ad 53
Ναυτιλίαν — Navigationem 59, 86
Νεμέσεως στήλ̃ν — Nemeſis Columnam 80
Νιόβ̃ν — Nioben 31
Ἀεὶ Νοσοῦντας — Semper Ægrotos 52

O.

Εἰς Οἰκ̃ν ἀφύλακτ̃ν — In Domum incuſtoditam 98 99
Ὅμηρ̃ν — Homerum 56
Ὀρφέα — Orpheum 154

INDEX.

Π.

Εἰς τ Παλλάδ Θ λέξ	In Lavacrum Palladis	225
Παραμυθίαν	Solatium	63
Πατέρα ἑαυτῆ	Patrem ſuum	160
Πατρίδα	Patriam	64
Πλουτοῦντας	Divites	61, 62
Πρόνοιαν	Providentiam	68
Πτωχὸν	Pauperem	163
Πυθαγόρε χρυσᾶ ἔπη	Pythagoræ dicta aurea	238

Ρ.

Εἰς Ῥήτορας	In Oratores	100, 101
Ῥώμην	Romam	7

Σ.

Εἰς Σιωπὴν	In Silentium	67
Σόλωνός τινα	Solonis quædam	216
Σοφίαν	Sapientiam	69
Σοφοκλῆ	Sophoclem	158
Σοφροσύνην	Temperantiam	70

Τ.

Εἰς τόρευμα Ταντάλε ἐν στο-	In Poculum ſigillo Tantali	
τηρίῳ	ornatum	174
Τέττιγα	Cicadam	45, 235
Τίμωνα	Timonem	132, 133, 134
Τύχην	Fortunam	71 ad 77

Υ.

Εἰς Ὑβριστὰς	In Contumelioſos	102, 103 104, 105, 172
Ὑγίειαν	Salutem	88

INDEX.

Φ.

Εἰς Φειδωλέᾶς	In Parcos	106 ad 110
Φθόνον	Invidiam	79, 80, 81
Φιλαργύρους	Avaros	82
Φιλημόνᾳ	Philemonem	241, 244, 245
Φιλίαν	Amicitiam	83, 84, 85
Φρόνησιν	Prudentiam	86
Φροντίδας	Curas	87

X.

Εἰς Χελιδόνα	In Hirundinem	60
Χρόνον	Tempus	89, 90
Χρυσᾶ Ἔπη	Aurea Carmina	238

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

1. Εἰς Ἀγῶνας καὶ Ἀγωνιστάς.

ΑΡΧΙΟΥ.

Τέσσαρές εἰσιν Ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί.
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων·
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο,
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Hos *Ang. Politiani* verſus, quia rem præſentem illuſtrant, adhærere paſſus ſum.

Ζηνὸς Ὀλύμπια νικῶντες φέρον ἀγελείλαιαν,
Μῆλα δ' Ἀπόλλωνος Πυθικὸς ἦρεν ἀγών.
Ἰσθμιακὴν ὃ πίτυν πόρεν Ἰνῶος Μελικέρτας,
Σὺ δὲ σέλιν' ἐτίθεις, Ἀρχέμορ', ἐν Νεμέᾳ.

2. ΣΙΜΟΝΙΔΟΥ.

Ἴσθμια, καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα,
Ἄλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Ἴσθμια.] Repone Ἰσθμοῖ· en conſimilem locum, Ælian. V. Hiſtor. l. 4. cap. 15. ſub finem. Τῇ ἑξῆς Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐν Νεμέᾳ ἦν, καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ. Ita Lucian. Vol. 2. p. 272. Edit. Græv. & pag. 277. in fine: alioquin inconcinna erit duplex ellipſis τῷ χρ, & diverſus in eâdem re loquendi modus.

Πυθοῖ.] Dativus adverbialiter poſitus. Πυθὼ autem vetus Delphorum nomen, ubi certamina Pythica celebrabantur.

3. Εἰς Ἄμπελον.

Ἄδηλον.

Τίς ποτ' ἀκηδέσως οἰνοτρόφον ὄμφακα Βάκχου
Ἀνὴρ ἀμπελίνου κλήματος ἐξέταμεν;
Χείλεα ὃ φυφθεὶς χαμάδις βάλεν, ὡς ἂν ὁδίτας
Εἴη νεισομένοις ἡμιδαὲς σκύβαλον·
Εἴη οἱ Διόνυσος ἀναρσίος, οἷα Λυκόργῳ,
Ὅτλι μιν ἀὐξομένην ἔσβεσεν εὐφροσύναν·
Τῶδε γὰ ἂν τάχα τις λιγὺ πώματος ἢ περὶ ἀοιδὰς
Ἤλυθεν, ἢ γηρῶ κήδεος ἔσχε λύσιν.

4. Εἰς Ἀναπήρους.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ νεωτέρου.

Ἀνέρα τις λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγὴς
Ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος.

5. Εἰς Ἀνδρείαν ἢ Ἀνδρείους.

ΠΑΛΛΑΔΑ.

Φεῦγε Λάκων ποτὲ δῆριν· ὑπαντιάσασα δὲ μήτηρ
Εἶπε, κὐ σέρνων ἆορ ἀναρμένη,
Ζωὸν μὴ σέο μητρὶ λαμπερὸς αἶχος ἀνάπτεις,
Καὶ κρατερᾶς Σπάρτας πάτρια δεσμὰ λύεις·
Ἦν δὲ θανὴς παλαμῆσιν ἐμαῖς, μάτηρ μὴ ἀκέσσω
Δύσμορος, ἀλλ' ἐν ἐμῇ παιδὶ σωζομένᾳ.

Σωζομένᾳ.] In meâ patriâ conservatâ: quod animo vere magno summum est miseriæ privatæ solatium.

6. Ἀπὸ

6. Ἀπὸ Ὑπάρχων Αἰγυπτίου, ὅμοιον.

ΙΟΥΛΙΑ'ΝΟΥ.

Μήτηρ ᾗα λιπόντα μάχλιν μέτ' πότμον ἑταίρων
Ἔκτανεν, ὠδίνων μνῆσιν ἀνηναμμίη.
Καὶ γὰρ γνήσιον αἷμα ἀφαικρίνει Λακεδαίμων
Ἀλκῇ μαρναμμίων, ἢ ἠμυεῖ βρεφέων.

7. Εἰς Ρώμλιν.

ΚΡΙΝΑΓΟ'ΡΟΥ.

Οὐδ' λὶ Ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμύρεαν ἐγείρῃ,
Οὐδ' λὶ Γερμανὶη Ῥῆνον ἅπανται πίῃ,
Ῥώμης ἐδ' ὅσον βλάψει ἀένθ., ἄχερ κε μίμνῃ
Δεξιὰ σημάνειν Καίσαρι Θαρσαλέῃ.
Οὕτω κὲ ἱεραὶ Ζηνὸς δρύες ἔμπεδα ῥίζας
Ἐσᾶσιν, φύλλων δ' αὖα χέυσ' ἄνεμοι.

Καίσαρι.] Nempe Germanico; qui, postquam amissam Oceano classem, fudit Germanos. Vid. Tacit. Annal. Lib. 2. Sect. 25. *Invictos & nullis casibus superabiles Romanos prædicabant* (Germani,) *qui perditâ classe, amissis armis*, &c. *eâdem virtute* ——*irrupissent*: ità omnia erunt concinna. Hujus igitur Epigrammatis Titulus sit oportet: In *Cæsarem Germanicum*.

8. ΠΑΡΜΕΝΙ'ΩΝΟΣ.

Τὸν γαίης κὲ πόντυ ἀμειφθείσαισι κελεύθοις,
Ναύτιλλ' ἠπείρυ, πέζοπόρον πελάγυς,

Ναύτιλλ'.] Xerxem intelligit, qui Atho montem perfodit, ut classi iter pateret, & Hellespontum junxit, quà exercitum transmitteret.

Ἐν τειναῖς δορέων ἑκατὸν τάσιν ἕσεθλυ Ἄρης
Σπάρτης· ἀρχώεδ' ἔρεα καὶ πελάγη.

9. ΑΛΦΕΙΟΥ Μιτυληναίου.

Κλεῖε Θεὸς μεγάλοιο πύλας ἀκμῆτας Ὀλύμπου,
Φρούρει Ζηνὸς ζαθέαν αὐθέρι ἀκρόπολιν.
Ἤδη γὰρ καὶ πόντον ὑπέζυγα δορὶ Ῥώμης,
Καὶ χθών· ἀσπίνᾳ δ' οἶμον ἔτ' ἐς ἄβατον.

Ὑπέζ-] Elegantèr. Mare ponte jungi significat; ter. | ram ſubjugari. vim enim utramque habet.

10. Εἰς Ἀνταπόδοσιν.

ΕΥΗΝΟΥ.

Κλῶ με φάγης ὅτι ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ὅτι σταθεῖσαί σοι, τράγε, δυομένῳ.

Ovid. Faſt. lib. 1. v. 358.
Rode, caper, vitem; tamen hinc, cùm ſtabis ad aram,
In tua quod fundi cornua poſſit, erit.

11. Εἰς Ἀπελλῆ.

ΜΟΥΣΙΚΙΟΥ, οἱ δὲ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ἃ Κύπρις Μούσαισι, χαρίσατο τὰν Ἀφροδίταν
Τιμᾶτ', ἢ τ' Ἔρον ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
Χ' αἱ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν, Ἄρει τὰ σκῦλα ταῦτα.
Ἡμῖν δ' ὁ πέταλος τοῦτο τὸ παιδάριον.

Ἔρον.] Ultima producitur ob ſequens aſpiratum.

12. Εἰς

12. Εἰς Ἀρετιλώ.

ΠΑΥΛΟΥ Σιλεντιαείς.

Μήτε βαθυκτεάνοιο τύχης κυφίζεο ῥοίζῳ,
Μήτε σέο γναμψῃ φερντὶς ἐλυδρείλῳ.
Πᾶς γὰρ ὁ ἀσαλτέεσι βίος πολεμίζεται αὔραις,
Τῇ ἢ τῇ θαμινῶς ἀντιμεθελκόμενος.
Ἡ δ' ἀρετὴ σαθερόν τι ἢ ἄτερπον· ἧς ἔπι μένης
Κύματα θαρσαλέως πεντοπόρει βιότῳ.

Ἐλυδρε-] Subaud. τὸ πλεῖ. Horat.

Cautus horresces, nimium premendo
Littus iniquum.

Rectiùs vives, Licini, neque altum
Semper urgendo, neque, dum procellas

Πολεμ-] Rectiùs πελεμίζε-ται, σείε-ται. Sic Hom. Ἧς ἔπι] Ut ὁπὶ νεώς. ad allegoriam appositè.

13. Εἰς Ἄσωτον.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Τὸν παλαιὸν πλοῦτον νέος ὢν Θήρων ὁ Μενίππου
Αἰσχρῶς εἰς ἀκρατεῖς ἐξέχεεν δαπάνας.
Ἀλλά μιν Εὐκτήμων, πατρικὸς φίλος, ὡς ἐνόησεν
Ἤδη καρφαλέῃ τειρόμενον πενίῃ,
Καί μιν δακρυχέων ἀνελάμβανε, καὶ τόσον αὐτὸν
Θῆκε δυσαλγείης ἔσης, πόλλ' ὀπιμείλια δούς.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνι παρ' ἐλπίδας ἦλυθε πλοῦτος,
Αὐτίκα τ' αὐταλίς ἐτρέφετ' ἐν δαπάναις·
Οὕτω μὲ Θήρωνα τὸ δεύτερον ἀμφεκάλυψεν
Οὐλομένης πενίης κῦμα παλιρρόθιον.
Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυε τὸ δεύτερον ἐκ ἔπι κεῖνον,
Ἀλλὰ δυσαλγὴς ἔσῃς προῖκά τι καὶ δαίμων.
Ἔγνω δ' ὡς ἐκ ἔστι, κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἰ μὴ ἐν ἀλλοτρίοις.

14. Εἰς Αὐλητήν.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἴμερον αὐλήσαντι πολυτρήτων ἀφὰ λωτῶν,
Εἶπε λιγυφθόγγῳ Φοῖβος ὅτι Γλαφύρα,
Μαρσύη, ἐφθύσω τὸν δύρεμα, τὰς δ' Ἀθηνᾶς
Αὐλὰς ἐν Φρυγίης ἔσχ' ἑλεῖσατο.
Εἰ δ' οὐ σὺ τοιάδε τοῖ' ἐνέπνεες, ἐκ πάρ Ὑαγνις
Τῷ ὅτι Μαιάνδρῳ κλαῦσε δύσαυλον ἔρην.

Ἑλεῖσατο.] Ἐκτήσατο, acquisivit, potitus est: ità Hesiodus quoque alicubi. Ὑαγνις] Pater Marsyæ.

15. Εἰς Αὐτάρκειαν.

ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ Μακεδόνος.

Ἀρκεῖ μοι χλαίνης λιτὸν σκέπας· ἠδὲ τραπέζας
Δυλόσω, μυσέων ἄνθεα βοσκόμενος.
Μισῶ πλοῦτον ἄνευ, κηλάκων τροφόν, ἠδὲ παρ' ὀφρὺν
Στήσομαι· οἶδ' ὀλίγης δαιτὸς ἐλευθερίην.

Παρ' ὀφρύν.] Nec vultum servilitèr accommodabo: ità vertere visum est, quoniam παίσασθαι significat, sistere aliquid, ut quis conscendat; παίσασθαι ἵππον.

16. ΠΑΛΑΔΑ.

Ἐλπίς, ἠδὲ τύχης ἔτι μοι μέλει, ἠδ' ἀλεγίζω
Λοιπὸν ἃ ἀπάτης· ἤλυθον εἰς λιμύα.
Εἰμὶ πένης ἄνθρωπος· ἐλευθερίη δ' σωοικῶ.
Ὑβρις ἐμοὶ πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι.

17. ΛΟΥ-

17. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Μὴ σύγ' ἐσ' ἀλλοτρίης, ὦ 'νθρωφ', ἴζοιο τραπέζης,
Ψωμὸν ὀνείδειον γαστρὶ χαριζόμενος·
Ἄλλοτε μὲν κλαίοντι, καὶ ἐσυλιωμένῳ ὄμμα
Συγκλαίων, κ' αὖθις συγ' γελόωντι γελῶν,
Οὔτε σύγε κλαυθμοῖο κεχρημένος, ἔτε γελωῖος.
Καὶ κλαίω Μιλίῃ, καὶ γελόω Μιλίῃ.

ὦ 'νθρωφ'.] ὦ ἄνθρωπε.

Συγ-] Disjungas σωὶ, neceſſe eſt: pertinet enim ad ſequens γελῶν, ſenſu poſtulante: præceſſerat συγκλαίων.

Μιλίῃ.] Uxori nempè meæ. Hic Scholiaſtes peſſimè ſe dedit, Epigrammatis menti contradicens.

18. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Ὡς πιθανὸς μὲν, τῷ σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
Ὡς δ' βιωσόμενος, φείδεο σῶν κλεάνων.
Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς, ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

19. ΚΡΑΤΗΤΟΣ τῦ Φιλοσόφυ.

Χαῖρε Θεὰ δέσποιν', ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα,
Εὐτελίη, κλεινῆς ἔκγονε Σωφροσύνης.
Σοὶ ἀρετοὶ τιμῶσιν ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσιν.

20. ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ.

Οὐκ ἐθέλω πλυτεῖν, ἐκ σὺ χρεμαι· ἀλλά μοι εἴη
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν.

21. Εἰς Ἄνθρωπον Βίον.

Ἄδηλον.

Τὸν βίον, Ἡράκλειτε, πολὺ πλέον, ἢπερ ὅτ' ἔζης,
Δάκρυε· νῦν ὁ βίος ἐξ' ἐλεεινότερος.
Τὸν βίον ἄρτι γέλα, Δημόκριτε, τό πλέον, ἢ πρίν·
Νῦν ὁ βίος πάντως ὄξι γελοιότερος.
Εἰς ὑμέας ἢ κἠ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μερίμνω,
Πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

Πάντως.] Ità sensus commodior fiet: olim πάντων. | Ὑμέας.] Duarum est syllabarum per Συνίζησιν.

22.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ, οἱ ἦ, ΚΡΑΤΗΤΟΣ τῦ Κωικῦ.

Ποίλω τις βιότοιο τάμοι τείβον; εἰν ἀγορῇ μὲ
Νείκεα, κἠ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν ἢ δόμοις,
Φροντίδες· ἐν δ' ἀγροῖς, καμάτων ἅλις· ἐν ἢ θαλάσσῃ,
Τάρβος. ὅπῃ ξείνης δ', ἢν μὲ ἔχῃς τί, δέος.
Ἢν δ' ἀπρῆς, ἀνιηρόν· ἔχεις γάμον; ἐκ ἀμέριμνος·
Ἔσεαι· ἢ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερον·
Τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἅπαις βίος· αἱ νεότητες
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Ἢν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γηρᾶσαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τιτρώσκον.

Ξείνης] Subaudi γῆς. | Πολιαὶ] Τείχες.
Ἐρημότ-] Subaudi βίον.

23. Ἐκ

23. Ἐκ τῦ ἐναντίυ παιγνά.

ΜΗΤΡΟΔΏΡΟΥ.

Παντοίῳ βιότοιο πάμοις τρέφον· εἰν ἀγορῇ μ',
Κήδεα, χὴ πινυταὶ ωρήξιες· ἐν ϑ' δήμοις,
Ἄμπαυμ'· ἐν δ' ἀγοῖς, φύσιϑ. χάρις· ἐν ϑ' θαλάσσῃ,
Κέρδϑ.· ὅπῃ ξείνης, λῷ μ' ἔχῃς τί, κλέϑ.·
Ἢν δ' ἀπορῇς, μόνϑ. οἶδας· ἔχεις γάμον; οἴκϑ. ἄρις ϑ.
Ἔασ ταγ· ὃ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερον.
Τέκνα, πόϑϑ. ἄφροντις ἅπας βίϑ.· αἱ νεότητες
Ῥωμαλέαι· πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
Οὐκ ἄρα τῷ διανῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γηρᾶσαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὸ ἐσθλὰ βίυ.

24. ΛΟΥΚΙΑΝΟ͂Υ.

Θνητὰ τὰ τ' θνητῷ, χὴ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς.
Ἢν ϑ μὴ, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ ωαρερχόμεϑα.

25. ΠΑΛΛΑΔΑ͂.

Γῆς ἐπέβλω γυμνός, γυμνὸς δ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι.
Καὶ τί μάτλω μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος;

26. Τῦ αὐτῦ.

Σκλωὴ ωᾶς ὁ βίος, χὴ ωαίγνιον· ἢ μάϑε ωαίζειν,
Τλῶ ωυθμῶ μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδυνας.

27. Ἄδηλον.

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

28. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ.

Ἡδέα πάντα κέλευθα λάχεν βίος· ἄξεϊ μέσῳ,
Εὔχος, ἑταιρείας· κρυπτὰ δόμοισιν ἄχη·
Ἀγρὸς τέρψιν ἄγει, κέρδος πλόος· ἀλλοδαπὴ χθὼν
Γνώσιας· ἐν ᾧ γάμων, οἶκος ὁμοφρονέει·
Τοῖς δ' ἀγάμοις ἄφρουτις ἀεὶ βίος· ἔρκος ἐτύχθη
Παλεὶ, τέκος· φρυδὸς τοῖς ἀγόνοισι φόβος.
Ἠνορέῃ νεότης, πολιὴ φρένας οἶδεν ὀπάζειν·
Ἔνθεν θάρσος ἔχων, ζῶε, φύτευε γλυκύ.

Πολιὴ] Sub. θείξ. sic *cani*, Latinè sine Substantivo *capilli*.
Ζῶε] Videtur esse potius secunda persona imperativi à ζώω, quod à ζάω: tum verò interpretare, *vive porrò*.

29. Ἄδηλον.

Πῶς τις ἄνδρ' θανάτῳ σε φύγοι, βίε; μυρία γάρ σε
Λυσσᾷ· καὶ ἔστε φυγεῖν δύμαρές, ἔστε φέρειν.
Ἡδέα μὲν γάρ σε τὰ φύσει καλὰ γαῖα, θάλασσα,
Ἄστρα, σελασφόρος κύκλα καὶ ἠελίου·
Τἄλλα δ' πάντα, φόβοι τε καὶ ἄλγεα· κἤν τι πάθῃ τις
Ἐσθλὸν, ἀμυδαίῳ σκιδέχεται Νέμεσιν.

30. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ.

Ἅπαντα τὰ ζῶ' ἔστι μακαριώτερα,
Καὶ νῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ.
Τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τυτονί.

Μακαριώτερα] Ità emendavi pro μακαριώτατα, postulante sensu. Grotius.

Οὗτος.

Οὔτ' ἀκροδαίμων ἔξιν ὁμολογεμένως.
Τέτῳ κακὸν δι' αὐτὸν ἔδεν γίνεται,
Ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔχει.
Ἡμεῖς δ', χωρὶς τῆς ἀναγκαίων κακῶν,
Αὐτοὶ παρ' αὐτῶν ἕτερα προσορίζομεν.
Λυπέμεθ', ἂν πάρῃ τις· ἂν εἴπῃ κακῶς,
Ὀργιζόμεθ'· ἂν ἴδῃ τις ἐνύπνιον, σφόδρα
Φοβέμεθ'· ἂν γλαυξ ἀνακράγῃ, δεδοίκαμεν.
Ἀγωνίαι, δόξαι, φιλοτιμίαι, νόμοι,
Ἅπαντα ταῦτ' ὄπιθεν τῇ φύσει κακά.

31. Ἄδηλον.

Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν·
Πάντα γὰρ ἐξ ἀλόγων ἔξι τὰ γινόμενα.

32. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Τοῖσι μὲν οὖ πρόσθεν πᾶς ὁ βίος βραχὺς ἔξι,
Τοῖς δ' κακῶς, μία νὺξ ἄπλετός ἔξι χρόνος.

33. Εἰς Βρέφος.

ΑΡΧΙΟΥ.

Λυσίππης ὁ νεογνὸς ὅπ' ἀρημνῶ παῖς ἔρπων,
Ἀσυανακτείης ἤρχετο δυσμορίης.
Ἧ δ' μελοδιήγησεν, ἀπὸ τέρνων προφέρουσα
Μαζὸν, τ' λιμῶ λύτρα καὶ θανάτῳ.

Ἀσυ-] Astyanax, Hectoris filius, quem Danai præcipitem è turre dederunt.

34. Εἰς Γῆρας.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Γῆρας ἐπὰν μὲ ἀπῇ, πᾶς δ' ὄχεται· ἦλθε δέ ποτ' ἐλθῇ,
Μέμφεται. ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

35. Εἰς Γεαφίδα.

Ἤμλω ἀχρεῖον κάλαμον φυτόν. ἐκ γὰρ ἐμεῖο
Οὐ σῦκ', ἢ μῆλον φύεται, ἢ σταφυλή.
Ἀλλά μ' ἀνὴρ ἐμύησ' Ἑλικωνίδα, λεπτὰ τορήσας
Χείλεα, καὶ στεινὸν ῥῆν ὀχετευσάμενον·
Ἐκ τοῦ, εὖτε πίοιμι μέλαν ποτὸν, ἔνθεον οἶα,
Πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷδε λέγω στόματι.

Ἤμλω ἀχρεῖον.] Autoris nomen, cui hoc Epigramma debetur, apud Brodæum non extat, nisi & hoc Tzetzis sit, uti prius distichon à Suidâ eidem Autori ascribitur.

Ἑλικω-] Heliconi sacram, & Musarum assectam: Adjectivum est unius terminationis & fœminini generis; qualia sexcenta, congruit cum με, nempe γεαφίδα.

Ἐκ τοῦ] Χοίνυ.

Ἀφθέγκ-] Activè sumitur, pro eo, *quod non loquitur*: licet passivæ sit originis. sic pòst λιθοβλήτυ.

36. Εἰς Δένδρα.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ, οἱ δὲ, ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Εἰνοδίλιν καρύλλω με παρερχομένοις ἐφύτευσαν
Παῖδες λιθοβλήτυ παίγνιον εὐτυχίης·
Πάντας δ' ἀκρεμόνας τε καὶ εὐθαλέας ὀδόντας
Κέκλασμαι, πικναῖς χερμάσι βαλλομένη·

Δέν-

Δένδρεσιν δύκαρποις ὐδὲν πλέον· ἢ γὰ ἔγωγε
Δυσδαίμων ἐὼ ἐμοὶ ὕθεν ἐκαρποφόρεν.

Πάντας] Subaudi κτ. | Δέν-] *V.* Ovidii Nucem.

37. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ Βυζαντίου.

Κλῶνες ἀπιόεντες ταναῆς δρυὸς, δύσκιον ὕφος
Ἀνδράσιν ἄκρητον καῦμα φυλασσομένοις.
Εὐπέταλοι, κεφάλων στεγανώτεροι, οἰκία φωτῶν,
Οἰκία πτετίγων, ἔνδιοι ἀκρέμονες,
Καί μὲ τὺ μετέρησιν ὑποκλινθέντα κόμησι
Ῥύσασθ', ἀκτίνων ἠελίου φυγάδα.

Φωτῶν] Merito sanè displicuit amico meo istud φωτῶν, adeoque mutari debere ratus φωλεῶν conjeci, σωιζήσῃ non infrequenti, ut verò *nidus* Latinè pro ipsis avibus, cur non & φωλεός?

38. Εἰς Δυσπεσίαν.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Πλῆτο. Ἀεισείδη δάμαλις μία, καὶ τειχόμαλο.
Ἦν οἷς· ὃκ τότων λιμὸν ἔλαυνε θύρης.
Ἤμβροτε δ' ἀμφοτέρων· ἀμνὴν λύκος ἔκλανεν, ὠδὶς
Τλῶ δάμαλιν· πενίης δ' ὤλετο βυκόλιον.
Πηρὸς δέτω δ' ὅγ' ἰμάντι κατ' αὐχένος ἄμμα λυγώσας,
Οἰκτρὸς ἀμυκτήτω κάτθανε παρ καλύβῃ.

39. Ἔσχατοι.

Ἄδηλον.

Ἑλλὰ λέγειν αἰεὶ πάντας καλόν. αἰσχρὰ δ' δεινόν·
Κἂν ὦσιν τότων ἄξιοι ὧν λέγομθ.

Ἑλ. πάν-] Nota duplicem Accusativum post λέγειν.
Ὧν] Atticè pro ἅ.

40. Εἰς

40. Εἰς Ἔρωτα.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Οὐκ ὁ Ἔρως ἀδικεῖ μεροπων γλύθω, ἀλλ' ἀκηλάτοις
Ψύχαις ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ Ἔρως πεύφασις.

41. Εἰς Ἀχαρίστους.

Τῆ αὐτῆ.

Ὠκείας χάριτες, γλυκερώτερας· ἰὼ ἰὼ βεβαιώτης,
Πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

42. Ἀδέσποτον.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα,
Ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμνύθω ἀφροσύνη.
Αὐξηθεὶς δ' ὤων ἐμῆ, κατ' ἐμῆ πάλι θηρίον ἔσται.
Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται.

43. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ πέρημνύθος, εἰς ὃν ἁπάσας
Ἀνίλων τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

44. Εἰς Εὐχλοΐ.

Ἄδηλον.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲ ἐσθλὰ καὶ δύσμορφοις καὶ ἀνδύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δ' λυγρὰ καὶ δύσμορφων ἀπερύκοις.

45. Εἰς

45. Εἰς Τέττιγα.

Ἄδηλον.

Τίπτε με ἢ φιλέρημον ἀναδεῖ, ποιμῆες, ἄγρη
Τέττιγα δρεσσερῶν ἕλκετ' ἀπ' ἀκρεμόνων;
Τῶ νυμφῶν παρὰ δῖαν ἀηδόνα, καύματι μέσῳ
Οὔρεσι κὴ σκιεραῖς ξυθὰ λαλοῦντα νάπαις·
Ἠνὶ ὃ κὴ κίχλῃ κὴ κόσυφον· ἠνὶ ὃ τόσας
Ψαρὰς ἀρπεδίης ἅρπαγας ὑπορίης.
Καρπῶν δηλητῆρας ἐλεῖν δέμις· ὅλλυτ' ἐκεῖνος.
Φύλλων κὴ χλοερῆς τίς φθόνος ὄζοις δρόσου;

Ξυθὰ] Subaudi μέλη, vel λαλήματα.

46. Εἰς Θάνατον.

ΑΓΑΘΙΟΥ.

Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, ἢ ἡσυχίης ἠμετῆρα;
Τὸν παύοντα νόσους, κὴ πενίης ὀδύνας;
Μοῦνος ἅπασ θνητοῖς παραγίνεται, οὐδέ ποτ' αὐτὸν
Εἶδέν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον.
Αἱ ὃ νόσοι πολλαὶ κὴ ποικίλαι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον
Ἐρχόμεναι θνητοῖς, κὴ μεταβαλλόμεναι.

Ἄλλος ἐπ' ἄλλον] Ut vim hujus locutionis assequaris, sciendum est verba geminari oportere. ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον. Oratio Elliptica est. ita in Amore Fugitivo. ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλης ἀνέρος, ἠδὲ γυναῖκας. & passim.

47. Ἄδη-

47. Ἄδηλον.

Χαίρει τις Θεόδωρος ἐπεὶ θάνον· ἄλλος ἐπ' αὐτῷ
Χαίρήσει· θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

48. Ἄδηλον.

Εἰς ἀΐδαν ἰθεῖα κατήλυσις, εἴτ' ἀπ' Ἀθηνῶν
Στείχεις, εἴτε νέκυς νείσεαι ἐκ Μερόπης,
Μὴ σέ γ' ἀνιάτω πάτρης ἄπο τῆλε θανόντα.
Πάντοθεν εἰς ὁ φέρων εἰς ἀΐδαν ἄνεμος.

49. Ἄδηλον.

Κάτθανον, ἀλλὰ μύω σε· μύεις δέ τε κἠ σὺ τὸν ἄλλον·
Πάντας ὁμῶς θνητοὺς εἰς ἀΐδης δέχεται.

Μενᾶς] Sic ſupra. χαιρήσι. malè olim μύεις.
Δέχεθ.] Alludit ad πανδοχεῖον. Omnes communi tanquam hoſpitio excipit Orcus.

50. Εἰς Θεάς.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Ἄνθρωπος μὲ ἴσως λήσεις, ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λήσεις Ζεύς, οὐδὲ λογιζόμενος.

Λογιζόμενος] Ἄτοπον τι ποιεῖν, vel λανθάνειν. Lucian. Edit. Græv. Vol. 1. p. 731.
Ἄνθρωπος μὲ ἴσως ἐξαπατῆσαι ῥάδιον, Θεὸν δὲ διαλαθεῖν ἀδύνατον.

51. Ἀδέσποτον.

Ζεὺς, Κύκνος, Ταῦρος, Σάτυρος, Χρυσὸς, δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

52. Εἰς τὲς ἀεὶ Νοσοῦντας.

ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὲς καλαλείψανται γλυκερὸν φάος ἢν ἔτι θρίξῳ,
Τὲς δ' ὅπι περσδοκίῃ ζῶντας ἀεὶ θανάτυ.

53. Εἰς Κόλακας.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εἶρεν
Ἀνθρώπυ καθαρὴν ψυδομένυ φιλίλυ.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὲν περφυλαττόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον, ἐν τύτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

Πλείονα.] Καὶ πλείονα πράγματα.

54. Ἄδηλον.

Πλασὸν ἔχεις τὸν Ἔρωτα· φόβῳ ὃ φιλεῖς τὸ ἀνάγκῃ,
Τῷ ὃ φιλεῖν ὅτως ὐδὲν ἀπιςότερον.

55. Εἰς Θυμωδίδην.

Ἄδηλον.

Ὦ φίλος, εἰ σοφὸς εἶ, λάβε μ' ἐς χέρας· εἰ δέ γε πάμπαν
Νῆϊς ἔφυς μυσέων, ῥίψον ἃ μὴ νοέεις.
Εἰμὶ δέ γ' ἐς πάντεσσι βατός· παῦροι δ' ἀγάσαντο
Θυμωδίδην Ὀλόρυ, Κεκροπίδην τὸ γλῶς.

Μυσέων] Duarum est Syllabarum.
Γένος] Καλά.

56. Εἰς Μετριότητα.

Ἄδηλον.

Πᾶν τὸ μέτριον ἄριστον· ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιός,
Ὡς καὶ τὸ μέλι τοῦ τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

57. Ἰουλιανοῦ.

Οἶκος καὶ πάτρη βιότου χάριες· αἱ δ' ἄμοναὶ
Φροντίδες, ἀνθρώποις ὃς βίος, ἀλλὰ πόνος.

58. Εἰς Ἀρτέμιδος Ναόν.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Καὶ κεραυνοῦς Βαβυλῶνος ὑπὲρ δόμων ἄρμοσαι πῆχυς,
Καὶ τὸ ἐπ' Ἀλφειῷ Διὸς ἄγαλμα σὺν ὑψικεράμῳ,
Κἄπων τ' αἰώρημα, καὶ Ἡλίου Κολοσσόν,
Καὶ μέγαν αἰπεινὰν πυραμίδων κάματον,

Διὸς] Jovis Templum.

Μνᾶμα

Μνᾶμά τε Μαυσώλοιο πελώριον· ἀλλ' ὅτ' ἐσεῖδον
Ἀρτέμιδ Θ. νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον,
Κεῖνα μὲ ἠμαύρωτό τε, κἠν ἴδε, νόσφιν Ὀλύμπου,
Ἄλι Θ., ἐδέν πω τοῖον ἐπαυγάσατο.

Ἐπαυ-] Fortè ἐπηυγάσατο, sic supra versu abhinc sexto.

59. Εἰς Ναυτιλίαν.

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ Βυζαντίου.

Τόλμα, νεῶν ἀρχηγέ, σὺ γὰ δεύμην ἤνεγκο Πόντου,
Καὶ ψυχὰς ἀνδρῶν κέρδεσιν ἠρέθισας,
221. ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ.

Τὸν μὴ λέγοντα πρὸς δεόντων μηδὲ ἕν,
Μαχητὴν νόμιζε, κἂν δὺ' εἴπῃ συλλαβάς.
Τὸν δ' εὖ λέγοντα, μὴ νόμιζ' εἶ μαχητὴν,

Μηδ'

Μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλά, χ' πολλὰ χρόνον,
Τεκμήριον ὃ τῶδε τ' Ὄμηρον λάβε·
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
Ἀλλ' ὐδὲ εἷς Ὄμηρον εἴρηκεν μακρόν.

222. ΣΙΜΥΛΟΥ.

Οὔτε φύσις ἱκανὴ γίνεταί τέχνης ἄτερ,
Πρὸς ὐδὲν ὄφελος ἀφελὲς ὐδενί.
Οὔτ' αὖτε τέχνη μὴ φύσιν κεκτημένη.
Τούτων ὁμοίως τοῖν δυοῖν σωτηρίων
Εἰς ταυτόν, ἐπὶ δεῖ προσλαβεῖν χορηγίαν,
Ἔρωτα, μελέτην, καιρόν, ὀψὲ χρόνον
Κρατοῦσ', τὸ ῥηθὲν ὠφέλιμον σωφρόνως.
Ἐν ᾧ γὰρ ἂν τούτων τις ἀπολειφθεὶς τύχῃ,
Οὐκ ἔρχεται ὄπη τὸ τέρμα τοῦ προκειμένου.
Φύσις, θέλησις, ὄφελος, ὀψιμέλεια, ὀψιταξία,
Σοφὸς πίθησι, χἀγαθὸς ἐσθλὸ δέτοι
Ἀριθμὸς ὐδὲν ἄλλο πλὴν γῆρας ποιεῖ.

223. ΕΥΗΝΟΥ.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲ ἔθος πρὸς πάντας ὁμοίως,
Ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν, ὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.
Καὶ πρός μὲ τούτους ἀρκεῖ λόγος εἰς ὁ παλαιός,
Σοὶ μὲ ταῦτα δοκοῦντ' ὄζειν, ἐμοὶ δ' ὀδμάς.
Τοὺς ξυνετοὺς δ' ἂν τις πείσειε ταχέως λέγων εὖ.
Οἵπερ καὶ ῥᾴστης εἰσὶ διδασκαλίας.

224. Εἰς Δία.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Ὕμνα τῦ πρώτυ ὕμνυ ἔπη.

Χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε. δῶτορ ἐάων,
Δῶτορ ἀπημονίης. πᾶ δ' ἔργματα τίς κεν ἀείδοι;
Οὐ γλυκὺ τ', ἐκ ἔτος· τίς κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσει;
Χαῖρε, πάτερ, Χαῖρ' αὖθι· δίδυ δ' ἀρετὴν τ' ἀφενός τε.
Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ὑπίσσαλος ἄνδρας ἀέξει,
Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. δίδυ δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

225. Εἰς Λύσεα τ Παλλάδος.

Ἐξ Ὕμνυ.

Μὴ μύρα λωΐτερ χόοι τᾷ Παλλάδι, μηδ' ἀλαβάστρως
(Οὐ γὰρ Ἀθαναία χείματα μικτὰ φιλεῖ)
Οἴσετε· μηδὲ κάτοπτρον. ἀεὶ καλὸν ὄμμα τὸ πάρος.
Οὐδ' ὅκα ταν Ἴδαν φρυὲ ἐδίκαζεν ἔριν,
Οὐδ' ἐς Ὀρείχαλκον μεγάλα Θεὸς, ἐδὲ Σιμοῦντα
Ἔβλεψεν δίναν ἐς ἀλαφαινομέναν·
Οὐδ' Ἥρη· Κύπρις γὰ ἀμωμοτέα χαλκὴν ἐλοῖσα,
Πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Ἴδαν.] Nullum occurrit exemplum, ubi proprium loci nomen, in quo fit actio, ponitur sine præposit. in accusativo; adeoque Ἴδας legendum censeo. litem in Idâ judicatam. Doctissimus Bentleius legit Ἴδᾳ.

Occurrit exemplum Π. κ'. v. 268. Σκάνδειαν δ' ἀρα δῶκε, &c. ubi Schol. Σκάνδειαν, ἀντὶ τῦ ἐν Σκανδείᾳ, κτ. Σκάνδειαν.

226. Εἰς

226. Εἰς ἀγεών.

ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ.

Δικαιότατον κλῆμ' ἔξιν ἀνθρώποις ἀγεών.
Ὧν ἡ φύσις δεῖται γὰ, ὅπιμελῶς φέρει,
Πυρὸς, ἔλαιον, οἶνον, ἰχάδας, μέλι.
Τάδ' ἀργυρώματ' ὄξιν, ἤτε πορφύρα,
Εἰς τὸς τραγώδους οὔδετ', ἐκ ἐς τ' βίον.

227. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ.

Τ' ἀργύριον ἦν, μειράκιόν, σοι φάνεται
Οὐ πῶς ἀναλημάων καθ' ἡμέραν μόνον
Τιμιὼ σῶζαι δυνατόν, ἄρτων, ἀλφίτων,
Ὄξυς, ἐλαίυ, μείζονΘ. δ' ἄλλυ τινός·
Ἀθανασίας δ' ἐκ ἔστιν, ἐδ' ἂν σωαγάγῃς
Τὰ Ταντάλυ τάλαντ' ἐκεῖνα λεγόμνα,
Ἀλλ' ἂν ἀποθάνῃς, ταῦτα καταλείψεις τισίν.
Τί ὂν λέγω; μηδ' αὐτὸς, εἰ σφόδρ' δύπορεῖς,
Πίστυε τέτῳ, μήτε πῶ πῶωχῶν πάλιν
Ἡμῶν καταφρόνει, τῦδ' δέ γ' δύτυχεῖν ἀεὶ
Πάρεχε σεαυτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ Μέλη τίνα.

228. Εἰς Λύραν.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δ' Κάδμυν ᾄδειν·

Ἁ βάρ-

Ἁ βάρβιτος ὁ χορδαῖς
Ἔρωτα μῦθον ἠχεῖ.
Ἡμεῖψα νεῦρα τρώλῳ,
Καὶ τὴν λυρίω ἅπαξ,
Κἀγὼ μὲ ἦδον ἄθλως
Ἡρακλέης· λύρη δὲ
Ἔρωτας ἀντεφώνει.
Χαίρετε λοιπὸν ἡμῖν,
Ἥρωες· ἡ λύρη γὰρ
Μόνως ἔρωτας ᾄδει

229. Εἰς Ἔρωτα.

Μεσονυκτίοις τοῦθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου,
Μεσόπων ὁ φῦλα πάντα
Κέαται κόπῳ δαμέντα,
Τότ' Ἔρως ὀπισθεὶς μεῦ
Θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας·
Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Κατὰ μεῦ ῥίσεις ὀνείρους.
Ὁ δ' Ἔρως, Ἄνοιγε, φησὶ,
Βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβησαι.
Βρέχομαι ὁ, κἀσέλινον
Κατὰ νύκτα πεπλάνημαι.
Ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας·
Ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας,
Ἀνέῳξα, κὠ βρέφος μὲ

Ἔσπρω

Ἐσορῶ φέρον τα τύξον,
Πτέρυγάς τε, χ᾽ φαρέτρλω.
Παρὰ δ᾽ ἐσίλω καθίσας,
Παλάμαισι χεῖρας ἀπτὸ
Ἀνέθαλπον, ὁκ ἦ χαίτης
Ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
Ὁ δ᾽, ἐπεὶ κρύθ. μεθῆκε,
Φέρε, φησὶ, πειράσωμλυ
Τόδε τύξον, εἴτι μοι νῦν
Βλάβεται βραχεῖσα νότῃ.
Τανύει ἦ, καί με τύπτει
Μέσον ἦπαρ, ὥσπερ οἴςρθ.
Ἀνὰ δ᾽ ἄλλεται καχάζων,
Ξένε, δ᾽ εἶπε, συγχάρητι,
Κέρας ἀβλαβὲς μλὺ ἔξι,
Σὺ ἦ καρδίλω πονήσεις.

Φέρον-] Nota mutationem generis. βρέφθ enim eſt neutrius. ſed perſonæ habetur ratio, non generis.

230. Εἰς ἑαυτόν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων, γέρων εἶ,
Λαβὼν ἔσοπτρον, ἄνδρα
Κόμας μὲ ἐκέτ᾽ ἔσας,
Ψιλὸν δέ σὸν μέτωπον.
Ἐγὼ ἦ τὰς κόμας μὲν,
Εἴτ᾽ εἰσὶν, εἴτ᾽ ἀπῆλθεν,
Οὐκ οἶδα· τοῦτο δ᾽ οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον

Πρέπει

Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Ὅσῳ πέλας τὰ μήτηρ.

Ὅσῳ.] Subaudi μᾶλλον. ut nonnunquam *magis* apud Latinos.

231. Εἰς Ἔρωτα.

Θέλω θέλω φιλῆσαι.
Ἐπειθ' Ἔρως φιλεῖν με·
Ἐγὼ δ' ἔχων νόημα
Ἄβυλον, ἐκ ἐπείθην.
Ὁ δ' αὐτὸ τόξον ἄρας
Καὶ χρυσέῳ φαρέτρῃ,
Μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
Κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων
Θώρηχ', ὅπως Ἀχιλλεύς,
Καὶ δοῦρα καὶ βοείην,
Ἐμαρνάμην Ἔρωτι.
Ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφυγον.
Ὡς δ' οὐκέτ' εἶχ' ὅτῳ
Ἤμυνεν, εἶθ' ἑαυτὸν
Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον.
Μέσθ. Ὦ καρδίης μοῦ
Ἔδυνε, καὶ μ' ἔλυσε.
Μάτην δ' ἔχω βοείην.
Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

Βαλώμεθ'.] Ἀντὶ τοῦ περιβαλώμεθα, βοείην nempe. Ita locus dilucidus erit.

232. Εἰς Ἔρωτα.

Αἱ Μῦσαι τ' Ἔρωτα
Δήσασαι στεφάνοισι,
Τῷ Κάλλει παρέδωκαν.
Καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
Ζητεῖ, λύτρα φέρουσα,
Λύσασθαι τ' Ἔρωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι; μένει δέ.
Δεδούλευκεν δεδίδακται.

233. Εἰς Ἔρωτα.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι
Κοιμωμένῳ μέλιτταν
Οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη.
Τὸν δακτύλον ὃ δακχθεὶς
Τᾶς χειρὸς, ὠλόλυξε.
Δεδραμὼν ὃ, κὴ πεταθεὶς
Πρὸς τὸν καλὸν Κυθήριον,
Ὄλωλα, μᾶτερ, εἶπεν,
Ὄλωλα, καὶ τεθνήσκω
Ὄφις μ' ἔτυψε μικρὸς,
Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι
Μέλιτταν οἱ γεωργοί.
Ἃ δ' εἶπεν, εἰ τὸ κέντρον

Πονεῖ,

Πονεῖ τὸ τῶς μελίτ]ας,
Πόσσον, δοκεῖς, πονῆσιν,
Ἔρως, ὅσσους σὺ βάλλεις;

234. Εἰς τὸ Ἔαρ.

Ἴδε ϖῶς ἔαρ⏑. φανέν]⏑.
Χάεττες ῥόδα βρύουσιν.
Ἴδε ϖῶς κῦμα θαλάσσης
Ἀπαλαύεται γαλώνῃ.
Ἴδε ϖῶς νῆσα κηλυμβᾷ.
Ἴδε ϖῶς γέραν⏑. ὁδεύει.
Ἀφελῶς δ' ἔλαμψε Τιτάν.
Νεφελῶν σκιαὶ δονεῦν]αι.
Τὰ βερ]ῶν δ' ἔλαμψεν ἔρ]α.
Καρποῖσι γᾶα ϖεφυύπ]ει.
Καρπὸς ἐλαίας ϖεφυύπ]ει.

Ἔαρ⏑.] Per ζωίζησιν duarum eſt ſyllabarum, & Spondæum conficit, quem pedem hic locus admittit.

Χάεττες.] Χάεττας magis placeret, ultima in ῥόδα producitur ob duas ſequentes conſonantes.

Ἴδε ϖῶς κῦμα.] Lege, ἴδε κῦμα ϖῶς. ita lex metri poſtulat. Sic paulo poſt, ἴδε νῆσα ϖῶς, reſtituendum.

Ἀπαλ-] Lege ὁμαλωΐ⏑. ſternitur, æquum redditur.

Γέραν⏑.] Vox γέραν⏑ tanquam diſſyllaba profertur, ac ſi eſſet γερν⏑. Baxter. ultima verò producitur ob ſequentem aſpiratam, ut fieri ſolet.

Καρποῖσι.] Lege, γᾶια καρποῖσιν ϖεφυύπ]ει. γᾶια καρ—anapæſtus. prior enim in γᾶια corripitur. ut prior in οἵ⏑. Homer. τοῖ⏑ ἔλω οἵ⏑ ἔτις, &c. & ſexcenta hujuſmodi. proximus verſus natus eſt ex priori, ideoque expungendus. ſonus utriſque par, at ſenſus præcedentis longè vividior.

Βερμίν

Βεθμίν σέφεΐαν νᾶμα.
Κατὰ φύλλον, χ᾽ κλῶνα
Καθελὼν ἰῶθησε καρπός.

Βεθμίν.] Lege Βεθμίν τ᾽ ἔσεσθ᾽ο νᾶμα.
Καὶὰ κλῶνα.] Lege κάδ- δε. pro καὶὰ σε.
Καθελὼν.] Deprimens ramos ſuo pondere.

235. Εἰς Τέττιγα.

Μακαρίζομέν σε, τέττιξ,
Ὅτι δενδρέων ἐπ᾽ ἄκρων
Ὀλίγην δρόσον πεπωκώς,
Βασιλεὺς ὅπως, ἀείδεις.
Σὰ γὰρ ἔστι κεῖνα πάντα,
Ὁπόσα βλέπεις ἐν ἀγροῖς,
Χ᾽ ὁπόσα φέρουσιν Ὧραι.
Σὺ δ᾽ φιλία γεωργῶν. Faber legit φίλος ἐσσί.
Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων·
Σὺ δ᾽ τίμιος βροτοῖσι,
Θέρεος γλυκὺς προφήτης.
Φιλέουσι μέν σε Μοῦσαι.
Φιλέει δ᾽ Φοῖβος αὐτὸς,
Λιγυρὴν δ᾽ ἔδωκεν οἴμην.
Τὸ δ᾽ γῆρας οὐ σε τείρει,
Σοφὲ, γηγενὴς, φίλυμνε,
Ἀπαθὴς, ἀναμάρτητε,
Σχεδὸν εἰ θεοῖς ὅμοιος.

236. Εἰς Ἔρωτα.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
Χαλεπὸν ὃ ϰὴ φιλῆσαι·
Χαλεπώτερον ὃ πάντων,
Ἀπτυστϛάνειν φιλοῦντα.
Γέντο ἐδὲν εἰς Ἔρωτα.
Σοφίη, τέρπο ϖαῖδα.
Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.
Ἀπόλοιτο ϖρώτο αὐτὸς,
Ὁ τ ἄργυρον φιλήσας.
Διὰ τοῦτον ϰὐ ἀδελφὸς,
Διὰ τοῦτον ὐ ϖοιμῆες.
Πόλεμοι, φόνοι δι' αὐτόν.
Τὸ ὃ χεῖρον, ὀλλύμεθα
Διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες.

237. Ερως Δεσπότης.

ΜΟΣΧΟΥ.

Ἃ Κύπρις τ Ἔρωτα τ ἰέα μαχὴν ἐβώστρει·
Εἶπε δ' ἐνὶ τελόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα.
Δεσπότιδας ἐμὸς ἔστιν· ὁ μανυτὰς γὰρ ἔφυ.
Ἔστι δ' ὁ ϖαῖς ϖτερόεις· ἐν εἴϰοσι πᾶσι μάθοις νιν.
Χρῶτα μὲν ὐ λευκός, πυρὶ δ' εἴϰελο· ὄμματα δ' αὖτε
Δειμύλα ϰὴ φλογόεντα, ϰαϰαὶ φρένες, ἀδὺ λάλημα

Οὐ

Οὐ γδ ἴσον νοέει κὴ φθέγγεται. ὡς μέλι, φωνά.
Ἦν ὃ χολᾷ, νόθον ἐξὶν ἀνάμερθον, ὑπερπλυτὰς,
Οὐδὲν ἀλαθὲων. δόλιον βρέφθον, ἄγεια παίσδει.
Εὐπλόκαμον τὸ κάρηνον, ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.

Μικκύλα μὲ πιύῳ τὸ χερύδρια, μακρὰ ὃ βάλλει·
Βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, κὴ εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα.
Γυμνός μὲ τό γε σῶμα, νόθον ὃ οἱ ἐμπεπύκασται·
Καὶ πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφιπτάται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλες
Ἀνέρας, ἠδὲ γυναῖκας· ὅτι ἀπλάστχνοις ὃ κάπτει·
Τόξον ἔχει μάλα βαθὸν, ὑπὲρ τόξῳ ὃ βέλεμνον.
Τυτθὸν ἑοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχει φορῆται·
Καὶ χρύσεον πτερὸι νῶτα φαρέτριον· ἔνδοθι δ' ἐντὶ
Τοὶ πικρὸι κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κάμὲ πίρώσκει.
Πάντα μὲ ἄγεια, πάντα· πολὺ πλεῖον ὃ οἱ ἀυτῷ
Βαρὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τ' ἄλιον ἀυτὸν ἀναίθει.
Ἦν τύ γ' ἔλπις πίῶν, δάσας ἄγε, μηδ' ἐλέπσης·
Κὴν πυτ' ἴδῃς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
Κὴν γελάᾳ, τύ νιν ἔλκε· κὴ ἰὼ ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
Φεῦγε· κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.

Ἦν ὃ λέγῃ, λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα,
Μή τι δίγῃς· πλάνα δῶρα· τὰ γδ πυρὶ πάντα βέβαπται.

238. Χρυσῶ Ἔπη

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα Θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειτα δ' Ἥρωας ἀγαυούς,
Τούς τε καταχθονίους σέβε Δαίμονας, ἔννομα δέζων·
Τοῖς τε γονεῦσι τίμα, τούστ' ἄγχιστα κεκηδασῶτας·
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
Πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς.
Ταῦτα μὲν ὕστατα ἴσθι. κρατεῖν δ' ἐθίζεο τῶνδε,
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, καὶ λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρηξίης δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μέτ' ἄλλου,
Μήτ' ἰδίῃ· πάντων δ' αἰδοῦ σεαυτόν.
Εἶτα δικαιοσύνῃσι ἔοικε, ἔργῳ τε λόγῳ τε.
Μηδ' ἀλογίστως αὐτὸν ἔχειν ὧδε μηδὲν ἐθίζε.
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι·
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πραπίδεσσι φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
Ἰᾶσθαι δ' ὅπερ ἔπεστι, καθ' ὅσσον δύνῃ. ὧδε δὲ φρονέζοι.
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τέτλαν πολὺ μοῖραν δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοίτε καὶ ἐσθλοί
Πεφοίτηνται· ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σεαυτόν· ψεῦδος δ' ὃ κέν τις λέγηται,
Πρᾴως ἴσχε. τὸ δέ τοι ἐρέω, ὅπῃ παντὶ τελεῖται·
Μηδείς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ μήτέ τι ἔργῳ,
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἔῃσι.

διάκειται.] Legitur διάκεινται.

Βελόν ὃ περὶ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλητα·
Δειλῶ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
Ἀλλὰ τόδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνίσῃ.
Πρῆσσε ὃ μηδὲν τῷ μὴ πίσασα, ἀλλὰ διδάσκου
Ὅσσα χρεών· ἢ τερπνότατον βίον ὧδε βήξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τ' περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή,
Ἀλλὰ ποτῷ τε μέτρον ἢ σίτου γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι· μέτρον ὃ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνίσῃ.
Ἐσθλὸν ὃ δίαιταν ἔχειν καθαρέιον, ἀθρυπτον.
Καὶ περύλαξό γε ταῦτα πιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾶν πλέον καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ὅτι πᾶσιν ἄριστον·
Πρῆσσε ὃ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι ὃ περὶ ἔργου.
Μηδ' ὕπνον μελανοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τὴν ἡμερινῶν ἔργων τείς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ὄφρ' πλήσεο· χρηστὰ ὃ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τέτων χρὴ ἐρᾶν σε·
Ταῦτά σε τ' θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

239. ΦΙΛΙΣΚΟΥ.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐκ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βέλεται.
Οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέχεται,
Ἀλλ' ὅς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων,
Ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζημίως.
Οὐδ' ὅστις ταῦτα πάντα βλαπτρεῖ μόνον,

Ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν,
Εἶναι δίκαιος, κ' ἐ δοκεῖν ἐθέλει, θέλει.

240. Βίωνος.

Ἁ μεγάλα μοι Κύπρις ἐπ' ὠνώντι παρέστα,
Νηπάχον τ' Ἔρωτα καλᾶς ὀπὶ χειρὸς ἄγοισα,
Ἐς χθόνα νυσσάζοντα· τόσον δέ μοι ἔφρασε μῦθον,
Μέλπειν μοι, φίλε βᾶτα, λαβὼν τ' Ἔρωτα δίδασκε.
Ὡς λέγε, κ' ἁ μὰ ἀπῆλθεν· ἐγὼ δ' ὅσα βουκολίασδον,
Νήπιος, ὡς ἐθέλοντα μαθεῖν τ' Ἔρωτα δίδασκον,
Ὡς σῦρε πλαγίαυλον ὁ Πάν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα,
Ὡς χέλυν Ἑρμάων, κίθαριν δ' ὡς ἀδὺς Ἀπόλλων.
Ταῦτά μιν ἐξεδίδασκον· ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων,
Ἀλλά μοι αὐτὸς ἄειδεν ἐρωτύλα, καί μ' ἐδίδασκε
Θνατῶν ἀθανάτων τε πόθους, καὶ μητέρος ἔργα.
Κηγὼν ἐκλαθόμαν μὰ ὅσων τ' Ἔρωτα δίδασκον·
Ὅσσα δ' Ἔρως μ' ἐδίδασκεν ἐρωτύλα, πάντ' ἐδιδάχθην.

241. ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ.

Μείζω τὰ κακὰ ποιῦσι πολλοὶ, Δεσπότα,
Αὐτοὶ δι' αὐτὲς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
Οἷον, τέθνηκεν υἱὸς, ἢ μήτηρ τινί,
Ἢ νὴ Δι' ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις,
Εἰ μὰ λάβῃ τοῦτ', ἀπέθανε, ἄνθρωπος γὰρ ἦν.
Τοσοῦτον ἐγγύνε τὸ κακὸν, ἥλικον περ ἦν.

Εἰ μὰ λάβῃ] Lege ſine dubio, εἰ μὰ λαλῇ τοῦθ', ἀπέθανε, *ſi hoc loquatur, mortuus eſt.* Quid enim huc facit λάβῃ?

Proximo verſu ſcribe ποσεῖτο, non enim ſecundus locus dactylum admittit.

Ἐὰν

Ἐὰν δ', ἀβίωτος ὁ βίος, ἐκ ἔτ' ὄψομαι,
Ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτῷ ἐὰν τοῦτο σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖς τοῦς ἕτερα συλλέγει κακά.
Ὁ δ' τῷ λογισμῷ πάντα παρ' ἑαυτῷ σκοπῶν,
Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δ' λαμβάνει.

Ἀπόλω-] Hunc & sequentem sic corrige.

Ἀπόλωλεν. ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτος ἂν σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖσιν ἕτερα. Bentleius.

242. Εὐριπίδου.

ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΗΣ.

Εἰρήνη βαθύπλουτε
Καὶ καλλίστα μακάρων Θεῶν,
Ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις.
Δέδοικα δ', μὴ πολὺν πόνοις
Ὑπερβάλῃ με γῆρας, πρὶν
Σὰν χαρίεσσαν προϊδεῖν ὥραν,
Καὶ καλλιχόρους ἀοιδάς,
Φιλοστεφάνους τε κώμους.
Ἴθι μοι, πότνια, πόλιν τάνδε,
Ἔχθεσθαν φάσιν εἰργ' ἀπ' οἴκων.
Τὰν μαινομένην τ' ἔριν
Θηκτῷ πρπομένην σιδήρῳ.

Πόνοις.] Polybius omittit.

243.

ΜΕΝΆΝΔΡΟΥ.

——— τοῦτον δ' ὐτυχέσατον λέγω,
Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμενίων,
Τὰ σεμνὰ παντ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχύ,
Τὸν ἥλιον τ' κρινὸν, ἀέρ', ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ· τ' ἀυτὰ, κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσεται,
Ὄψει παρόντα, κἂν ἐναυτὲς σφέδ' ὀλίγως,
Σεμνοτέρα τούτων ἄτερα ἐκ ὄψει ποτέ.
Παυήγυριν νόμισόν τιν' εἶ τ' χρόνον,
Ὃν φημὶ, τοῦτον, τὸν ἄνθρωπιάν ἄνω,
Ὄχλον, ἀγορὰς, κλέπας, κυβείας, ἑταιρίδας.
Ἂν πρῶτ' ἐξέλθῃς, καταλύσεις βέλτιον.
Ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθες, ἐχθρὸς ἀδενί,
Ὁ πρωσδιατρίβων ἢ κοπάσας ἀπέλασε.
Κακῶς τε γηρῶν, ἐνδεὴς τῆ γνώμη,
Ῥεμβόμενος ἐχθρὲς εὗρ', ἐπεβλόθη πόθε.
Οὐκ δ' ἀθανάτως ἀπῆλθεν ἐλθὼν εἰς χρόνον.

Ἄερ'] Olim ἀτέρ' lectum, & ad Solem relatum. Malè.
Ταυτὰ κἂν] Apud Stobæum sic extat.
Ταῦτ' ἔτη κἂν ἑκατὸν βιώσεῃ, unde Cla. Bentleius ταῦτ', ἔτη σε κἂν ἐκ βιῶν' ἔδει, ἄτερα] Olim ἕτερα. Malè.
Τὸν ἀνθρω-] Olim κἀπιδημίαν βεσπ', & ἀνθρώπου.

244.

ΦΙΛΉΜΟΝΟΣ.

Ὦ Κλέων, παῦσαι φλυαρῶν, ἂν ὀκνῇς τὸ μανθάνειν,
Ἀνεπικέρτητον σεαυτῷ τὸν βίον λήσῃ ποιῶν.
Οὔτε γὰ ναυαγὸς, ἂν μὴ γῆς λάβηται φερόμενος,
Οὔτ'

Οὔποτ' ἂν σώσειεν αὐτὸν, ὅτ' ἀνὴρ πένης γεγώς,
Μὴ ὁ τέχνην μαθὼν, δύναιτ' ἂν ἀσφαλῶς ζῆν τ βίον.
Ἀλλὰ χρήματ' ἔστιν ἡμῖν. ἄγε τάχις' ἀπόλυται.
Κτήματ', Οἰκίαι. Τύχης ὃ μεταβολὰς ὐκ ἀγνοεῖς,
Ὅπ τ σύπορον πίπτουσι πλωχὸν εἰς πλὼ αὔελον.
Κἂν μ ὁρμαθῇ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τ τ τέχνης,
Ἐβάλετ' ἄγκυραν καθάψας ἀσφαλείας εἵνεκεν.
Ἂν δ' ἀπαλλάττ. μεταχῇ πνεύματ. φορέμενοι,
Τῆς ἀπειρίας εἰς τὸ γῆρας ὐκ ἔχει σωτηρίαν.
Ἀλλ' ἑταῖροι ἢ φίλοι σοι ἢ σωθῆναι, νὴ Δία,
Ἔρανον εἰσίσασιν. οὖχ μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων.
Εἰ ὃ μὴ, γνώσεις ἂν αὐτὸς ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν.

V. 9. Τέχνης.] Bentlei docta emendatio. Olim τύχας. Post ἀπαλλάττ loco ἀπαλλάττ legit, & veterem lectionem in ultimo reſtituendam cenſet, quam tibi dabo: γνώσῃ σεαυτὸν ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν. Scies te meram umbram eſſe, & planè periiſſe.

245.

ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ.

Νὴ τ Δία τ μέγιστον, ὦμέν, Σωσία,
Ἔγωγε πεύτερον τὸς πένητας ζῶ μόνον
Ὀδωωμύς. πλὴν πλουσίων ὃ τ βίον
Ἱλαρὸν τιν' εἶναι, ἢ φέρειν δύθυμίαν.
Νῶν δ' αὐτὴν ἀφαφέροντα τοῖς καθ' ἡμέραν
Δαπανήμασιν δὴ τ βίον ὁρῶ μόνον,
Λύπας δ' ἔχοντας μείζονας τὸς μείζονας.

ΤΕΛΟΣ.

EPIGRAMMATA.

1. *In Certamina.*

ARCHIÆ

QUatuor ſunt Certamina per Græciam, quatuor ſacra,
Duo quidem mortalium, duo verò immortalium.
Jovis, Letoidæ, Palæmonis, Archemori;
Præmia verò illorum oleaſter, poma, apium, pinus.

Qui vincebant Jovis Olympia, tulerunt Oleaſtrum,
Poma verò Pythicum Apollinis certamen reportavit,
Iſthmiacam autem Pinum præbuit Inôus Melicerta,
Tu verò Apium propoſuiſti, Archemore, in Nemeâ.

2. SIMONIDIS.

Iſthmia & Pythia Diophon Philonis *filius* vicit.
Saltu, celeritate pedum, diſco, jaculo, luctâ.

3. *In Vitem.*

Incerti.

Quis tandem immiſericorditèr vini-nutricem immaturam-uvam Bacchi
Vir viteo ramo excidit?
Conſtrictus verò labia humi abjecit, ut viatoribus
Eſſet euntibus ſemeſæ quiſquiliæ:

Sit

Sit illi Bacchus implacabilis, qualitèr Lycurgo,
Quoniam ipsius crescentem extinxit lætitiam.
Hoc enim fortè quispiam potu vel ad cantus
Evasisset, vel luctuosæ curæ inveniſſet solutionem.

4. *In Mutilos.*

PLATONIS *Junioris.*

Virum quidam mancum supra dorsum oculis-captus
Portavit, pedibus mutuò-datis, oculis mutuò-acceptis.

5. *In Fortitudinem & Fortes.*

PALLADÆ.

Fugiebat Lacon olim pugnam ; obviam verò facta mater
Dixit, in pectus enſe sublato,
Vivus quidem tuæ matri usque dedecus injungis,
Et strenuæ Spartæ patrias leges solvis;
Si verò occideris meis manibus, mater quidem audiam
Infelix, sed in meâ patriâ conservatâ.

6. *Ex Præfectis Ægypti.*

JULIANI.

Mater filium desertorem pugnæ post mortem sociorum
Occidit, partûs-dolorum recordationem aspernata :
Legitimum etenim sanguinem discernit Lacedæmon
Virtute præliantium, non genere infantum.

7. *In Romam.*

CRINAGORÆ.

Ne quidem si Oceanus omnes æstus concitaverit,
Neque si Germania Rhenum omnem ebiberit,

Romæ

Romæ vel tantillum lædet robur, quamdiu utiq; manſerit
Dextra ad imperandum Cæſari intrepida.
Sic & ſacræ Jovis Quercus firmitèr radicibus
Stant, folia vero arida diffundunt venti.

8. PARMENIONIS.

Illum, terræ pontique inverſis viis,
Navitam Continentis, peditem pelagi,
Tribus haſtarum centuriis ſuſtinuit Mars
Spartæ: Erubeſcite montes & pelagi.

9. ALPHEI *Mitylenæi.*

Claude, Deus, magni portas labare neſcias Olympi,
Præſidio firma, Jupiter, ſacroſanctam Ætheris Acropolin.
Jam enim & Pontus ſubjugata ſunt haſtâ Romæ
Et terra: cœleſtis autem via reſtat inacceſſa.

10. *In Retributionem.*

EVENI.

Licet me ederis ad radicem uſq;, tamen porrò fructum feram,
Quantum infundatur tibi, Hirce, inter immolandum.

11. *In Minas.*

MUSICII, *ſive* PLATONIS.

Venus Muſis, puellæ Venerem
Colite, ſin minus Amorem in vos armabo.
Et Muſæ contra Veneri, Marti hæc procacia dicito.
In nos autem non ales eſt miſellus iſte puer.

12. *In Virtutem.*

PAULI *Silentiarii.*

Neque prædivitis fortunæ tollare impetu,
Neq; tua deflexerit ſolicita cautio liberiorem *curſum.*
Tota enim ab incertis vita oppugnatur flatibus,
Hàc & illâc crebrò dum in vices attrahitur.
Virtus vero ſtabile quiddam & immutatum, in quâ ſolâ
Fluctus fidenter naviga vitæ.

13. *In Intemperantem.*

LUCIANI.

Paternas opes juvenis adhuc Theron, Menippi *filius,*
Turpiter in prodigos effuderat ſumptus.
At illum Euctemon, paternus amicus, ut advertit
Jam aridâ atteri paupertate,
Et illum lachrymas fundens ad ſe recepit, & maritum illum
Fecit ſuæ filiæ, multis inſuper *muneribus* dotalibus datis.
At poſtquam Theroni præter ſpes evenere divitiæ,
Continuò illos ipſos paſcebatur inter ſumptus.
Ità quidem Therona rurſus circumtexit
Pernicioſæ Paupertatis unda reflua.
Euctemon verò deflevit rurſus non jam iſtum,
Sed ſuæ filiæ dotemque & thalamum.
Senſit verò non fas eſſe hominem, malè uſum
Propriis *bonis*, eſſe fidum in alienis.

14. *In Citharœdum.*

PHILIPPI.

Amabile cùm ceciniſſet multiforis lotis,
Dixit arguto Phœbus ſuper Glaphyra,
Marſya, ementitus es inventum tuum, Minervæ enim
Tibias è Phrygiâ hic nactus eſt.

At

At ſi tu tales illo tempore inflâſſes, non Hyagnis
Luxiſſet infœlix tibiarum certamen ad Mæandrum.

15. *In Sufficientiam.*

PARMENIONIS *Macedonis.*

Sufficit mihi lænæ tenue tegmen, neque menſis
Serviam, Muſarum flores depaſtus:
Odi divitias amentes, adulatorum nutrices, neque ſupercilium
Servilitèr accommodabo; novi parvarum epularum libertatem.

16. PALLADÆ.

Spes nec Fortuna ampliùs mihi curæ ſunt, nec moror
Ampliùs fallaciam: penetravi in portum.
Sum pauper *ſane* vir, at libertati contubernalis ſum;
Inſolentes erga paupertatem opes averſor.

17. LUCILLII.

Ne tu ad alienam, ô homo, aſſideas menſam,
Fruſtum probroſum alvo gratificans:
Modò quidem flenti, & mœſto lumen
Adflens, & mox contra ridenti arridens,
Neque tu utique ploratu cùm opus habeas neque riſu,
Et fleo cum Miliâ, & rideo cum Milia.

18. LUCIANI.

Tanquam mox moriturus, tuis bonis fruere,
Tanquam autem victurus, parce tuis poſſeſſionibus.
Eſt autem Vir ille ſapiens, qui, his utriſq; animadverſis,
Parcimoniæ & ſumptui modum adaptavit.

19. CRA-

19. CRATETIS *Philoſophi.*

Salve Dea domina, virorum bonorum amor,
Frugalitas, inclytæ proles Temperantiæ:
Tuam virtutem colunt, quotquot juſta exercent.

20. THEOGNIDIS.

Non volo diteſcere, non precor: atqui ſit mihi
Vivere ex paucis, nihil ferenti mali.

21. *In Vitam Humanam.*

Incerti.

Vitam, Heraclite, multò magis, quàm cùm vivebas,
Deſle; nunc vita eſt miſerabilior.
Vitam jam ride, Democrite, plùs quàm antea:
Nunc Vita omnino eſt riſu dignior.
Ad vos verò & ipſe aſpiciens, interim anxiè cogito,
Quî tecum ſimul poſſim flere, quî tecum ridere.

22. POSEIDIPPI, *alii* CRATETIS *Cynici.*

Qualem quis Vitæ ſectuerit callem? in foro quidem
Jurgia, & moleſtæ lites; domi verò
Curæ: rure autem, laborum ſat: in mari autem
Terrores: in peregrinâ vero, ſiquid habeas, timor:
Si verò inops ſis, importunum eſt: habes matrimonium?
haud expers curarum
Futurus es; non uxorem ducis? vivis eò magis in
ſolitudine:
Liberi, labores: mutilatio, vita ſine liberis: juventus
Imprudens: cani vero è contra inefficaces.
Erat igitur ex duobus optabile unum, vel natum fuiſſe
Non omnino, vel mortuum fuiſſe ſtatim à partu.

23. *Ex adverſo Probabilia.*

METRODORI.

Quemvis vitæ ſecueris callem; in foro quidem
Laudes, & prudentes actiones: domi verò
Quies: rure autem, naturæ gratia. in mari verò
Lucrum: in peregrinâ, ſiquid habeas, decus:
Sin inops fueris, ſolus nôſti: habes matrimonium? domus optima
Erit; non uxorem ducis? vivis eo liberiús.
Liberi amabiles: ſecura ſine liberis vita: juventus
Robuſta: cani verò contra religioſi.
Non igitur è duobus his unius optio eſt, vel natum fuiſſe
Non omnino, vel *protinus* mortuum fuiſſe: omnia enim vitæ bona *ſunt*,

24. LUCIANI.

Mortalia quæ *ſunt* mortalium, & omnia prætereunt nos.
Sin minus, nos tamen illa præterimus.

25. PALLADÆ.

In terram veni nudus, nudus item ſub terram abeo:
Et quid fruſtrà laboro, nudum videns finem?

26. Ejuſdem.

Scena omnis Vita; & luſus; aut diſce ludere,
Studio ſepoſito, aut perfer dolores.

27. Incerti.

Multa ſunt inter calicem & labrum ſummum.

28. JU-

28. JULIANI.

Dulces omnes *ſuas* ſemitas ſortita eſt vita. Urbe mediâ
Gloria, amicitiæ: arcanæ domi moleſtiæ.
Rus voluptatem affert, lucrum navigatio: aliena terra
Notitias, ex nuptiis autem, domus eſt unanimis:
Innuptis verò ſecura uſq; vita, munimentum paratum eſt
Patri, proles, evanidus ſterilibus metus.
Virtutem juventa, cani prudentiam noverunt præbere:
Quare, fiduciam ſumens, vive, procrea *tuum* genus.

29. Incerti.

Quo quis *pacto* abſque morte te fugiat, Vita? innumera enim tui
Triſtia: & nec fugere in manu *eſt*, nec ferre.
Jucunda enim tui naturâ quidem pulchra, terra, mare,
Aſtra, Lunæ orbes & Solis:
Cætera autem omnia, formidineſq; & dolores: & ſiquid nactus fuerit quis
Boni, alternâ id excipitur Nemeſi,

30. MENANDRI.

Omnia animantia ſunt beatioria
Et mente prædita magis Homine multó,
Aſinum ſpectes licet principio iſtum *mihi*,
Is infelix eſt extra controverſiam:
At ipſi malum ſuâ culpâ nullum accidit;
Quæ vero Natura tribuit ei, ea habet.
Nos autem, præter neceſſaria mala,
Ipſi noſtrâ ſponte alia ſuper accerſimus.
Dolemus ubi quis ſternuerit: ſi dixerit malè,
Iraſcimur. Si viderit quis ſomnium, valdè
Formidamus. Si noctua ululaverit, metuimus.
Affectuum æſtus, opiniones, ambitus, leges,
Omnia hæc adſcita Naturæ *ſunt* mala.

31. Incerti.

Omnia riſus, & omnia pulvis, & omnia nihil.
Omnia enim quæ ſunt, ex ratione carentibus facta ſunt.

32. LUCIANI.

Quibus felicitèr agitur omnis Vita brevis eſt:
Quibus verò malè, una nox immenſum eſt tempus.

33. *In Puerum.*

ARCHIÆ.

Lyſippes nuper natus in præcipitio filius ſerpens
Aſtyanactei initium faciebat fati.
Illa verò ad ſe rectà revocavit viâ, è ſinu proferens
Mammam, à fame redemptricem atque morte.

34. *In Senectutem.*

MENECRATIS.

Senectus dum quidem abſit, quiſq; optat; ſi quando veniat verò,
Culpat. eſt autem ſemper potius quod debetur.

35. *In Calamum Scriptorium.*

Eram inutilis Calamus ſtirps: ex me enim
Non ficus, non pomum provenit, non uva:
Sed me Vir initiavit Heliconida, tenuia cum expoliiſſet
Labra, & anguſtum fluxum atramenti derivàſſet.
Abhinc verò, quoties bibero nigrum potum, tanquam Deo plena,
Omne verbum muto hocce loquor ore.

36. *In Arbores.*

ANTIPATRI, *alii* PLATONIS.

Júxta-viam nucem me prætereuntibus plantaverunt
Pueris in lapidibus deſtinandis ludicrum peritiæ:
Omnes verò ramoſq; & florentes ſurculos
Fracta ſum, crebris ſaxis dum ferior.
Arboribus fructiferis *eſſe* nihil prodeſt: certè enim ego
Infelix mihi in contumeliam fructum tuli.

37. ANTIPHILI *Byzantii.*

Rami ſublime penſiles patulæ quercûs, felix-umbræ al-
Viris merum æſtum defendentibus, (titudo
Frondoſi, tegulis opertiores, domus virorum,
Domus cicadarum, meridiani rami,
Et me veſtris reclinatum ſub comis
Tuemini, radiis Solis profugum.

38. *In Infœlicitatem.*

ANTIPATRI.

Opes Ariſtidæ juvenca una, & lanigera
Erat ovis: harum ope famem abigebat foras.
Excidit verò utriſque: ovem lupus occidit, partûs dolor
Juvencam; paupertatis ita periit armentum.
Qua-pera-ſtringitur is à loro circa collum nodum cùm
nexuerat,
Miſerandus orbum-balatu mortuus eſt ad tugurium.

39. *Laudes.*

Incerti.

Bona dicere ſemper de omnibus pulchrum, turpia verò
Licet ſint illorum digni quæ loquimur. (grave:

40. *In*

40. *In Amorem.*

LUCIANI.

Non Amor injuriâ-afficit humanum genus: ſed intemperantibus
Animis hominum eſt amor obtentui.

41. *In Ingratos.*

Ejuſdem.

Celeres gratiæ, ſuaviores: ſin moretur,
Omnis gratia vana, neque dicatur gratia.

42. Incerti.

Lupum propriis uberibus alo non ſponte,
Sed me cogit paſtoris amentia.
Grandis verò factus à me in me contra ferus erit.
Gratia mutare naturam non valet.

43. LUCIANI.

Nequàm vir dolium eſt perforatum: in quem omnes
Si exhauris gratias, incaſſum effuderis.

44. *In Preces.*

Incerti.

Jupiter rex, bona quidem & orantibus & non orantibus
Nobis da, noxia verò etiam à precantibus avertas.

45. *In Cicadam.*

Incerti.

Quare me ſolitudinis amantem improbà, paſtores, capturà
Cicadam roſcidis abducitis à ramis?
Nympharum juxta viam luſciniam, medios per æſtus
Montibus & umbroſis celebritèr canentem ſaltibus:
Ecce autem & turdum & merulam, en verò tot
Sturnos ruralis prædones copiæ.
Frugum vaſtatores capere fas: perdite illos.
Foliorum & herbidi quænam eſt invidia roris?

46. *In Mortem.*

AGATHIÆ.

Mortem quid formidatis, quietis genetricem?
Sedantem Morbos, & Paupertatis dolores?
Sola ſemel mortalibus adeſt, nec unquam illam
Vidit quiſpiam hominum ſecundò venientem.
Morbi vero multi & varii, modò in hunc modò illum
Venientes mortalium, & tranſeuntes.

47. Incerti.

Gaudet *neſcio* quis Theodorus, quia mortuus ſum; alius ſuper iſto
Gaudebit: morti omnes *nos* debemur.

48. Incerti.

Ad Orcum rectus deſcenſus, ſive ab Athenis
Procellis, ſive mortuus vadis ex Meroe.
Ne te doleat utique à patriâ procul occidiſſe.
Undecunque unus *eſt* ferens ad Orcum ventus.

49. Incerti

49. Incerti.

Mortuus ſum, at maneo te; manebis autem & tu quempiam alium.
Omnes ſimiliter mortales unus Orcus hoſpitatur.

50. *In Deos.*

LUCIANI.

Homines quidem fortè latebis, ſi improbum quid feceris:
Non latebis verò Deos, ne quidèm meditans.

51. Incerti.

Jupiter, Cygnus, Taurus, Satyrus, Aurum, ob amorem
Ledæ, Europæ, Antiopæ, Danaës.

52. *In ſemper Ægrotos.*

LUCILLII.

Qui reliquerunt dulce lumen non amplius ploro;
Qui vero in expectatione vivunt ſemper mortis.

53. *In Adulatores.*

LUCIANI.

Nihil inter homines natura nocentius invenit
Homine puram mentiente amicitiam.
Non ampliùs enim ut hoſtem cavemus, ſed amantes
Ut amicum, hinc magis lædimur.

54. Incerti.

Fictum habes amorem: metu verò amas & neceſſitate.
Hoc ipſo autem amore nihil infidelius.

55. *In Thucydidem.*

Incerti.

O amice, ſi ſapis, ſume me in manus, ſiquidem vero omnino
Imperitus à-naturâ-es Muſarum, abjice quæ non intelligis.
Sum verò ſanè non omnibus adeundus, pauci autem ſuſpexerunt
Thucydidem Olori *filium* Cecropidem genere.

56. *In Mediocritatem.*

Incerti.

Omne ſupervacuum *eſt* intempeſtivum: dictum nempè eſt vetus,
Quod & mellis nimium eſt fel.

57. JULIANI.

Domus & patria vitæ *ſunt* gratia; ulteriores verò
Curæ, hominibus non vita, ſed labor.

58. *In Templum Dianæ.*

ANTIPATRI.

Et arduæ Babylonis quadrigis patentem murum,
Et illum ad Alpheum Jovem ſpectavi,
Hortoſque penſiles, & Solis Coloſſum,
Et ingentem celſarum Pyramidum laborem,
Et monumentum Mauſoli immane: ſed ubi inſpexi
Dianæ nubes ad uſque excurrentem Ædem,
Et illa ſanè obſcurata ſunt, & ſi proſpiceret, excepto Olympo,
Sol, nihil ullibi tale radiis illuſtrârit.

59. ANTIPHILI *Byzantii.*

Audacia, navium princeps Dux, tu enim curſum inveniſti ponti,
Et animas hominum lucro irriâtſti,
Cùm tale fabricata es doloſum lignum, cùm talem injeciſti
Mortalibus lucri ſpem, morte quæ coarguitur.
Eſſet reverà hominum aureum genus, ſi utiq; à terrâ
Procul, ut Orcus, Pontus proſpiceretur.

60. *In Hirundinem.*

Incerti.

Attica Puella, melle nutrita, loquax loquacem raptam
Cicadam implumibus eſcam fers pullis.
Vocalem vocalis, alatam alata,
Peregrinam peregrina, vernam verna.
Non protinus dimittes? non enim jus nec æquum
Perire ſacris-operato-cantibus ore ſacris operato canti-
(bus.

Att.] Procne filia Pandionis, Athenienſis.

61. *In Divites.*

Incerti.

Eram juvenis, at pauper; nunc ſenex, dives ſum.
O ſolus ex omnibus miſerandus in utriſque.
Qui tunc quidem uti poteram, cùm nihil habui,
Nunc autem, cùm uti non poſſum, jam habeo.

62. LUCIANI.

Divitiæ animi, divitiæ ſolæ ſunt veræ;
Alia nempè habet ille potiora poſſeſſionibus.
Illum autem multa-poſſidentem & divitem æquum eſt
Vocare, qui uti bonis poteſt.

Siquis verò in calculis contabeſcit, alias ſuper alias
Acervare ſemper opes feſtinans;
Ille, qualis apes multiforis in alveis,
Laborabit, aliis percepturis mel.

63. *In Solatium.*

PALLADÆ.

Expectatio mortis luctuoſus eſt dolor,
Hoc verò lucratur mortalis fato functus.
Ne itaq; defleveris diſcedentem vitâ;
Nihil enim poſt mortem eſt patiendum.

64. *Quæ dixerit verba* Ulyſſes *regreſſus in Ithacam.*

Salve Ithaca; poſt certamina, poſt moleſtias amaras maris,
Lubentèr tuum ſolum accedo, ut aſpiciam
Laërten, uxoremq; & inſignem filium unicum.
Tuus enim amor demulſit meum animum: novi & ipſe
Nil utiq; dulcius eſſe ſuâ cuiq; patriâ, & parentibus.

65. *In Homerum.*

ALPHEI *Mitylenæi.*

Andromaches adhuc luctum audimus, adhuc Trojam
Cernimus fundiùs totam everti,
Et laborem bellicum Ajacis ſub pinnis urbis,
Atque nexum ex equis Hectora raptari,
Mæonidæ per Muſam: quo non una patria vate
Ornatur, ſed terræ utriuſque climata.

66. *In Menandrum.*

Incerti.

Ipſæ tibi ad os *ſe* affixerunt apes,
Variis Muſarum floribus delibatis:
Ipſæ etiam Gratiæ tibi donavere, Menandre,
Felix dictorum acumen fabulis inſerere:
Vivis autem in æternum. Gloria vero, Athenis
Quæ ex te *oritur*, cœleſtes attingit fines.

67. *In Silentium.*

PALLADÆ.

Omnis ferè indoctus ſapientiſſimus eſt, dum tacet,
Sermonem celans ut morbum turpiſſimum.

68. *De Providentiâ.*

THEODECTÆ.

Quicunque jam mortalium incuſat Deos, quòd
Non protinùs, ſed ex intervallo temporis, vindicant
Injuſtos, cauſam accipiat.
Si enim extemplò aderant Pœnæ,
Plerique metu *ſolo*, non autèm pio affectu
Deos orarent: Nunc vero, pœnâ
Longè ſitâ, *ſuo* ingenio utuntur mortales.
Cum verò deprehenſi fuerint, comperti mali
Pendunt Pœnas ſeris temporibus.

69. *In Sapientiam.*

PAULI *Silentiar.*

Vivere non habet vim à naturâ placendi, ſed abjeciſſe
Curas è pectoribus canas-tempora.

Divitias

Divitias habere volo quæ ſufficiant, ſupervacuum autem
Animum ſemper exedit inſanum ſuper auro ſtudium.
Hinc apud homines potiorem plerumque invenies
Et paupertatem opibus, & mortem vitâ.
Hæc tu cognoſcens, cordis dirige vias,
Ad unicam ſpectans ſpem, ſapientiam.

70. *In Temperantiam.*

Incerti.

Caſtitas & Amor, obvio ſibi invicem
Occurſu, animas perdiderunt uterque.
Phœdram quidèm occîdit igneus ardor Hippolyti,
Hippolytum verò pudica interfecit Caſtitas.

71. *In Fortunam.*

Incerti.

Spes & tu Fortuna, prorſus valete; portum inveni:
Nihil mihi vobiſcum, ludite poſt me venturos.

72. LUCIANI.

Ager Achæmenidis eram olim, nunc autem Menippi;
Et denuò ab alio tranſibo ad alium.
Nam & ille olim *ſe* tenere me credebat, & rurſus hic
Arbitratur; ſum autem omnino nullius, niſi Fortunæ.

73. Incerti.

Ampla dona Fortunæ habent metum:
Et eximius ſplendor non expers-pericli eſt.
Nullaque ſecura labendi omninò ſublimitas apud humanum genus,
Quam evertere ſolet vel aliquod temporis ſpatium, vel livor,

Simul

Simul ad ſummum quis felicis vitæ excucurrerit.
Mediocritas verò in omnibus tutior:
Quod, neque nimis in humili Fortunæ
Parte feratur, nec in excelſa *nimis* contrá.
Si enim ceciderit quis de minore ſpatio,
Facilè obtegendam ſortitus eſt calamitatem;
Molis autèm magnæ lapſus fit magnus.
Ad res enim ſplendidas Invidia perrumpit,
Subvertit autèm illos, quos evexerit Fortuna.

74. AGATHIÆ.

Piſcator quidam laborabat captandis piſcibus, illum autem intuita
Prædives virgo animum ægrotabat amore:
Et ipſum fecit tori conſortem. at ille ex vitâ pauperi
Accepit omnigenæ tumorem magnificentiæ.
Fortuna autèm ridens aſtitit, & Veneri,
Non tuus hic ludus, at meus eſt, dixit.

Virtus firmiſſima Dos.

75. ANTIPATRI.

Antigenes Gelous verba olim hæc natæ
Dixit, cùm jam eſſet iturus ad Orcum,
Virgo pulcra genas, filia autem mea, pertende
Colum ducere, ſupellectilem auxiliarem pauperi vitæ.
Si autèm veneris ad Hymenæum, Achaidis mores matris
Probos ſerva, marito dotem firmiſſimam.

76. LUCIANI.

Multa Fortuna poteſt, ſint licet incredibilia;
Humiles tollit, potentes dejicit.
Et tuum tibi ſupercilium & faſtum compeſcet,
Licet fluvius auri latices tibi præbeat.
Non juncum, non malvam ventus unquam, maximas verò
Vel quercus vel platanos novit humi proſternere.

77. Ejuſdem.

77. Ejuſdem.

Non *infeliciter* impingens charus es mortalibus, charus es Beatis,
Et tibi facile auſcultant precanti.
Sin impegeris, nemo amplius tibi amicus, at ſimul cuncta Inimica, fortunæque cum momentis unà mutantia.

78. *De Nobilitate.*

EPICHARMI.

Enecat me iſtud Genus, ne commemora, ſi me amas, Mater, identidem Genus. *nam* quibus naturâ
Bonum contingit nullum proprium adeſſe,
Huc confugiunt, ad monumenta,
Et Genus, numerantque avos, quot *ſint*.
Enimverò neminem videris, neq; dixeris, cui
Non ſunt avi: quî enim extitiſſent unquam?
Qui verò non percenſere valent hoc *Genus*, ob aliquam Migrationem, vel ob amicorum penuriam,
Quid percenſentibus ſunt ignobiliores?
Quicunque benè comparatus erit à naturâ ad bona,
Quantumvis Æthiops ſit, Mater, eſt nobilis.

79. *In Invidiam.*

PALLADÆ.

Invidia miſericordiâ, ſecundum Pindarum, eſt melior; Illis, quibus invidetur, ſplendida eſt vita.
Admodum autem infelices miſeramur, at Ille ſim Neve nimis felix, nec miſerandus ego.
Mediocritas enim optimum eſt; quoniam ſumma quidem ſuâpte-naturâ ſolent
Pericula importare, infima verò contemptum habent.

80. Incerti.

80. Incerti.

Invidia ipſa ipſam ſuis telis domat.

81. Incerti.

Invidia eſt peſſimum, habet tamen aliquid boni in ſe;
Tabefacit enim invidorum oculos & cor.

82. *In Avaros.*

STATYLII FLACCI.

Auro vir invento reliquit reſtim; at alter, aurum
Relictum cùm non invenit, nexuit, quem invenit, reſtim.

83. *In Amicitiam.*

Ejuſdem.

Theſaurus ingens eſt fidus amicus, Heliodore,
Illi *nempe*, qui & ſervare illum novit.

84. Incertum.

Si me amantem amas, duplex gratia: ſi vero me odiſti,
Non tantum *me* odiſti, quantum ego te amo.

85. LUCILLII.

Si me amas, re me ama, & ne me injuriâ afficias tu,
Fundamentum nocendi amicitiam ponendo.
Omnibus enim hominibus ego multo potiorem dico
Apertam inimicitiam doloſâ amicitiâ.
Dicunt autem & navibus fluctivagis nocentiores
Sub mare latentes petras apertis ſcopulis.

86. *In Prudentiam.*

LUCIANI.

Tardipes Consilium longè præstantius ; pernix autem
Semper adhærentem Pœnitentiam habet.

87. *In Curas.*

THEOGNIDIS.

Tuum ipsius animum oblecta ; molestorum verò civium
Alius de te malè, alius meliùs dicet.

88. *In Salutem.*

ARIPHRONIS *Sicyonii.*

Salus antiquissima Beatorum,
Tecum habitem
Quod restat ævi :
Tu verò mihi lubens tori-consors sis,
Si qua enim vel opum gratia, vel liberorum,
Beatique *habiti* mortalibus
Regalis imperii, aut Cupidinum,
Quas furtivis Veneris cassibus captamus,
Vel siqua alia divinitùs mortalibus oblectatio,
Vel laborum lenimen affulsit,
Tecum, Beata Salus,
Floruêre omnia, & nitet Gratiarum ver :
Te verò sine, nemo felix existit.

89. *In Tempus.*

PLATONIS.

Ævum omnia aufert : longum tempus novit mutare
Nomen, & formam, & naturam, atque fortunam.

90. Incerti.

90. Incerti.

Roſa viget brevi tempore, ſi verò præterierit,
Quærens, invenies non roſam, ſed rubum.

Præteri-] Nempe, *breve illud tempus.*

91. *In Aſtrologum.*

LUCILLII.

Patri meo fratrem Aſtrologi vivacem *fore*
Omnes vaticinati ſunt ut ab uno ore:
At Hermoclides ipſum ſolus dixit præmaturè moriturum:
Dixit autem, cùm illum intùs mortuum plangeremus.

92. *In Anum.*

Ejuſdem.

Capillos, ô Nicylla, quidam tingere te dicunt,
Quos tu nigerrimos foro emiſti.

93. Ejuſdem.

Caput tingis, ſenectutem verò tuam nunquam tinges,
Neque genarum rugas explicabis.
Ne itaq; faciem toram ceruſſâ confinge,
Ita ut perſonam & non faciem habeas.
Nihilo enim plus valet. quid inſanis? nunquam fucus
Et ceruſſa reddet Hecubam Helenam.

94. *In Deformes.*

Ejuſdem.

Roſtrum habens tale, Olympice, neque ad fontem
Venias, neq; inſpicias in aliquam pellucidam aquam.
Nam & tu, ut Narciſſus, conſpicatus faciem manifeſtam,
Continuò morieris, odio habens teipſum ad mortem uſq;

95. Ejuſdem.

95. Ejuſdem.

Fallax ſpeculum habet Demoſthenis; ſi enim verum
Videret, non omnino vellet ipſum inſpicere.

96. PALLADÆ.

Emiſti cincinnos, fucum, mel, ceram, dentes:
Eodem ſumptu perſonam emiſſes.

97. *In Furem.*

LUCILLII.

Alatum illum Hermen, Deorum miniſtrum,
Arcadum regem, boum abactorem,
Stantem hujus Gymnaſii Præſidem,
Nocturnus fur Aulus dixit inter auferendum,
Multi diſcipuli præſtantiores magiſtris.

98. *In Domum incuſtoditam.*

Ejuſdem.

Lucroſas quærite domos, prædones, alias,
Hiſce etenim eſt cuſtos firma Paupertas.

99. Ejuſdem.

Bubulce, armentum procul paſce, ne te Pericles
Fur cum ipſis bobus ſimul abigat.

100. *In Rhetorem.*

CEREALII.

Non dicere inſignia & Attica verba quinque,
Feliciter eſt & prudenter declamare.
Neque enim ſi κάρκαιρε, & ſi κονάβῳ, & illud σίζει,
Et κελάρυζε, dicis, protinus Homerus eris.
Mentem ſubeſſe oportet ſcriptis, & dictionem eorum
Eſſe magis vulgarem, ut *quivis* intelligat quæ dicis.

101. MENANDRI.

Siquidem injuriæ-autorem lubentèr ultus eſſet
Quiſque noſtrûm, & ſociâſſet ſtudia,
Ex æquo putans ſuam eſſe alteri factam
Injuriam, & operam præſtitiſſent *homines* mutuam acriter;
Non ulteriùs improbitas in nos creviſſet
Iſta malorum, ſed cum obſervarentur,
Et nanſciſcerentur, quam par erat, pœnam,
Vel pauci certè admodùm fuiſſent, vel aboliti.

102. *In Contumelioſos.*

PALLADÆ.

Multa loqueris, ô homo, humi verò ponaris brevi:
Tace, & meditare vivus adhuc mortem.

103. Ejuſdem.

Sol mortalibus lucis Deus: ſin & ipſe
Inſoleſceret ſplendens, ne lucem quidem optarem.

104. Ejuſdem.

Laudare quidèm optimum; vituperium *v.* odii principium.
At benè loqui, Atticum eſt mel.

105. *In Inſolentem.*

Ejuſdem.

Si pauper ſum; quid feci? quid me odiſti non injuſtè agentem?
Clades hæc eſt fortunæ, non injuſtitia morum.

106. *In Parcos.*

Incerti.

Te divitem eſſe dicunt omnes, ego verò te dico indigum
Uſus enim opum teſtis *eſt*, Apollophanes. (eſſe;
Si particeps ſis tuorum ipſe, tua ſunt; ſi verò cuſtodias
Hæredibus, ex hoc fiunt aliena.

107. ANTIPHANIS.

Quamnam quis aliam, per Deos quæſo, ob *cauſam*
Optaret diteſcere, copiâque nummorum abundare,
Quàm poſſe opitulari amicis,
Et ſerere ſemen Gratiæ dulciſſimæ Dearum?
Nam bibendi quidèm & edendi voluptates
Habemus pares. non ſplendidis enim
Conviviis fames ſedatur *melius*.

108. PALLADÆ.

Opes quidem opulenti habes, animam verò pauperis,
O hæredibus opulente, tibi autem pauper.

109. LUCILLII.

Murem Aſclepiades argenti-amans vidit domi *ſuæ*,
Et, quid vis, dicit, amiciſſime mus, apud me? (ris:
Dulcè autèm mus ridens, ne omninò amice, inquit, verea-
Non cibum apud te quæro, tantùm manſionem.

110. Incerti.

Si quidèm vivis cervi ſpatioſam vitam, vel cornicis,
Venia *tibi* plurimas opes congerenti *danda erit*:
Si verò unus es mortalium, quos continuò ſenectus lædit,
Ne te utique immenſarum ceperit inſana ſitis opum.
Nè tu quidèm intolerandas inter miſerias animam perdide-
Fruiti fuerint autèm alii tuis bonis largitér. (ris,

111. *In Menedemum Cynicum.*

Ejuſdem.

Eſſe quidem Cynicum te, Meneſtrate, & pedibus nudum,
Et algere, nemo contradicit prorſùs:
Si verò præripias panes & fruſta impudentèr,
Et ego fuſtem habeo, & te dicunt Canem.

112. *In Viros Bonos.*

CARPHYLIDÆ.

Ne queſtu proſequaris præteriens monumentum meum, viator;
Nihil habeo lamentis dignum, ne quidem mortuus:
Liberorum liberos reliqui; unâ fruitus ſum uxore
Conſeneſcente: tribus liberis dedi nuptias,
Ex quibus ſæpè natos meo ſopivi in ſinu,
Nullius lamentatus vel morbum, vel mortem.
Qui, mihi datis inferiis innocuo, dulcem ſomnum
Dormiturum miſerunt in regionem piorum.

113. Incerti.

Ne utiq;, mortalis cum ſis, ut immortalis quicquam puta:
Nihil enim in vitâ fidum nobis in diem-viventibus.
Siquidèm & huncce Caſandrum tenet hic loculus mortuũ,
Virum naturâ dignum immortali.

114. CALLIMACHI.

Si quæras Timarchum in Plutonis *domo*, ut perconteris
Vel aliquid de animâ, vel quomodo mox erit.
Quæras licèt ex tribu Ptolemaide filium patris
Pauſaniæ: invenies verò illum in piorum *regione*.

115. Ejuſdem.

Hîc Saon *filius* Diconis Acanthius ſacrum ſomnum
Dormit : mori ne dixeris bonos.

116. Ejuſdem.

Suos *amicos* quiſque ferè morientes dolet,
Nicodicum verò amici & civitas hæcce *omnis* deflet.

117. *In Therin.*

Ejuſdem.

Currus erat hoſpes, ut & tumulus. non longa dicam.
Theris, Ariſtæi *filius*, Cretenſis, ſub me in longum.

118. *In Fortes.*

ANACREONTIS.

Strenuus in prælio Timocritus, cujus hocce monumentum.
Mars quippè non fortibus parcit, ſed ignavis.

119. *In Themiſtoclem.*

GERMANICI.

Pro ſepulchro vili ſtatue Græciam, ſtatue verò ſuper hâc
Ligna, Barbaricæ indicia cladis-navalis.
Et tumuli baſin circum inſcribe Perſicum Martem,
Et Xerxem. His ſepeli Themiſtoclem.
Columna verò ipſa Salamis ſuperſtet, geſta loquens
Mea ; quid me parvis magnum inditis ?

120. *In eos qui ad Thermopylas moriebantur.*

PHILIPPI.

O hoſpes, nuncia Lacedæmoniis, quòd hîc
Jacemus, illorum morigeri inſtitutis.

121. Incerti.

Nomen mihi; quid autèm hoc? patria verò mihi; qua (propter & hoc?
Clari verò ſum generis; quid ſi obſcuriſſimi?
Poſtquàm vixeram gloriosè reliqui vitam; quid ſi ingloriè?
Jaceo autem hîc jam. Quis, cui hæc dicis?

122. Incerti.

Vitã ubi ademiſti, donas ſepulchrum; atqui me abſcondis,
Non ſepelis. tali etiam ipſe fruaris, *precor*, tumulo.

123. Incerti.

Licet me occultes quaſi nemo homo videat,
Oculus Juſtitiæ deſpicit omnia quæ fiunt.

124. CALLIMACHI.

Cyzicum ſi veneris, parvus *eſt* labor Hippacum invenire
Et Didymen: obſcurum nullo modo enim *eſt* genus.
Et ipſis luctuoſum ſanè dices verbum, veruntamen dic
Hoc, me illorum filium habere Critiam.

125. *In Agathona.*

ANACREONTIS.

Pro Abderis mortuum infelicem-robore Agathona
Univerſa ad rogum hæc inclamavit civitas:
Neminem enim talem juvenum ſanguine-gaudens Mars
Occidit inviſæ in turbine pugnæ.

126. *In Themiſtoclem.*

GERMANICI.

Hunc Themiſtocli vilem tumulum poſuit Magnes
Populus, cùm, patriâ à Medis liberatâ,
Alienam ſubiit terram & lapidem. Sic voluit
Invidia. Virtutes autem majorem habent mercedem.

127. Incerti, *hi verò* NERONIS.

Me mortuo, terra miſta ſit igni,
Nihil curo: mea enim benè ſe habent.

128. *In Viros haud Inſignes.*

Incerti.

Tellus alma, ſenem Amyntichum conde gremio,
Multorum recordata, ſuper te, laborum.
Etenim aſſiduè tibi ſtirpem depegit olivæ,
Sæpe etiam Bromii palmitibus ornavit,
Et Cerere implevit, & aquæ ſulcos ducens
Reddidit quidem olerum feracem, reddidit & pomiferam.
Propter quæ tu propitia in tempora cana
Jace, & vernas floribus orna herbas.

129. SIMONIDIS.

Qui multa edi, & multa bibi, & multa mala dixi
Hominibus, jaceo Timocreon Rhodius.

130. CALLIMACHI.

Fatum verò quis benè novit craſtinum, quando & te,
Charmi, illum oculis heri in noſtris,
Proximâ *die* deploratum ſepelivimus; nullam illâ
Vidit Pater Diophon rem luctuoſiorem.

131. *In*

131. *In Nioben.*

ANTIPATRI.

Solam cum liberis, mortuorum portitor, excipe me
Loquacem : Sufficit tibi onus Tantalidis.
Implebit unus uterus tuum navigium ; intuere pueros
Et puellas, Phœbi ſpolia & Dianæ.

132. *In Timonem.*

CALLIMACHI.

Timon hominum-oſor hîc incolo, quin præteri.
Plorare cùm juſſeris multa, præteri modò.

133. *In Eundem.*

Timon, (non enim ampliùs es) numquid tibi lux, aut tenebræ inimicæ ?
Tenebræ : veſtrûm enim plures in Orco.

134. LUCIANI.

Puerum me quinquennem, curarum expers pectus habentem
Immitis Orcus rapuit Callimachum :
At ne me lugeas, etenim vitæ particeps fui
Modicæ, & paucorum vitæ malorum.

135. *In Uxorem.*

MELEAGRI.

Lachrymas tibi etiam infra ſub terrâ, Heliodora,
Dono pietatis reliquias ad Orcum,
Lachrymas infelices. multùm deflendũ autem in tumulum
Libo monumentum deſiderii, monumentum caritatis.
Miſerabile enim, miſerabile meam te & inter mortuos Meleager
Lamentor, inanem Acheronti gratiam.

Heu, heu, ubi desiderabile mihi germen ? rapuit Orcus,
Rapuit : vigentem verò florem pulvis fœdavit.
At te supplex precor, Tellus alma, illam omninò lugendam
Lenitèr tuo sinu, ô Mater, amplectere.

136. *In Senem.*

Incerti.

Sexagenarius Dionysius hîc jaceo,
Tarsensis, qui uxorem non duxi ; utinàm verò neq; pater.

137. JULIANI *Ægyptii.*

Ipsam Thiodoten Pictor, utinàm autèm ab arte
Aberrâsset, & oblivionem dedisset flentibus.

138. SAPPHUS.

Timadis hic cinis, quam ante nuptias mortuam
Excepit Proserpinæ niger thalamus :
Quâ etiam defunctâ, omnes recentèr acuto ferro
Æquales amabilem deposuêre comam.

139. Incerti.

Vides Imaginem Cassiæ illius prudentis,
Licèt mortua sit ; virtutibus innotescit
Animæ forma potiùs, quàm corporis.

140. CALLIMACHI.

Crethida fœcundo ore, doctam pulchrè ludere,
Requirunt Samiorum sæpe filiæ,
Dulcissimam lanificii sociam, semper loquacem : illa v. dormit
Hîc omnibus somnum debitum.

Fœcundo.] Anna Tanaq. Fabri vertendum jubet πολύμυθον, claram, celebrem.

141. HE-

141. HERACLIDÆ.

Hoſpes, Aretemias ſum : Patriâ Cnidus : Euphronis veni
In lectum, partûs dolorum non expers fui.
Duos autem ſimul pariens, hunc quidem reliqui viro ducem
Senectutis ; illum verò ab-duco, monimentum mariti.

Duos] *Liberos* ſubaud.

142. *In Servum.*

DIOSCORIDIS.

Servus ego, ſanè Servus, liberali me in tumulo,
Here Timanthe, tuum poſuiſti nutritorem :
Felicem, innoxiam producas vitam. ſin præ ſenectute
Ad me veneris, tuus ego, Here, & in Orco.

143. *In Hectorem & Ajacem.*

LEONTII.

Hector Ajaci enſem dedit, Hectori verò Ajax
Balteum : utriuſque gratia fatalis *fuit*.

144. *In Alexandrum Macedonem.*

ARCHIÆ.

Cum Hectore quidem Troja ſimul occidit, nec ampliùs ma-
Sublatas oppoſuit Danais irruentibus. (nus
Pella autem cum Alexandro ſimul periit : patriæ itaque
Viris, non patriis viri inſignimur.

145. *In Hippocratem.*

Incerti.

Theſſalus Hippocrates, Cous genere, hîc jacet,
Phœbi à ſtirpe immortalis genitus.
Plurima tropæa morborum qui erexit armis Salutis,
Famam nactus magnam, non ſorte, ſed arte.

146. *In*

146. *In Aucupem.*

ISIDORI.

Viſco & calamis ab aëre ipſum *ſe* pavit
Eumelus, tenuitèr, at cum libertate : (tiâ.
Nunquam verò alienam oſculatus eſt manum ventris gra-
Hoc delicias illi, hoc attulit lætitiam.
Ter autem triceſimum cùm vixiſſet *ad* annum, hîc dormit,
Liberis poſtquam reliquiſſet viſcum,& pinnas,& calamos.

147. *In Naufragos.*

PLATONIS.

Naufragi ſepulcrum ſum, quod verò è regione, eſt Agrico-
Adeò mari & terræ communis ſubeſt Orcus. (læ:

148. CALLIMACHI.

Utinàm ne extitiſſent quidem celeres naves : non enim nos
Filium Dioclidis Sopolin geme bundi plorâſſemus.
Nunc verò ille quidem in mari alicubi fertur mortuus, lo-
co autem illius
Nomen & inane monumentum præterimus.

149. Ejuſdem.

Naxius non in terrâ occidit Lycus, at in ponto
Navem ſimul & animam vidit pereuntem
Mercator ab Æginâ quando navigabat : & ille ſanè in mari
Mortuus ; ego verò fruſtrà nomen tumulus habens
Pronuncio veriſſimum hocce verbum, Fuge cum mari
Rem habere Hœdis, navita, occidentibus.

150. ALCÆI.

Inviſa ſub Arcturo nautis navigatio: per gravem verò
Procellam Aſpaſio acerbam molita eſt mortem;
Cujus vadis præter tumulum, Viator, corpus autem pontus
Cooperuit, Ægæo quod perfunditur mari.
Juvenum deflenda omnis mors; in mari verò
Plurimi lachrymoſæ luctus navigationis.

151. Incerti.

Navita, ne ſciſcitare cujus hic tumulus ſum,
At *tu* ipſe pontum ſortire benigniorem.

152. CALLIMACHI.

Duodecennem filium pater depoſuit Philippus
Hîc, magnam ſpem, Nicotelem.

153. Ejuſdem.

Matutini Menalippum ſepeliebamus, Sole autem
Occidente Baſilo mortua eſt virgo
Suâ manu; vivere enim, fratrem in ignem ubi poſuerat,
Non ſuſtinuit. duplex verò domus conſpexit malum
Patris Ariſtippi: mœſto vultu erat autem Cyrene
Tota, prole felicium orbam conſpicata domum.

154. *In Orphea.*

ANTIPATRI.

Non ampliùs delinitas, Orpheu, quercus, non ampliùs ſaxa
Duces, non ferarum liberos greges.
Non ampliùs ſopies ventorum fremitum, non grandinem,
Non nivis tractus, non ſtrepens mare.
Periiſti enim: te autem multùm defleverunt filiæ
Mnemoſynes, mater verò præ aliis Calliope.
Quid defunctis ingemimus natis, cum defendere
Liberis Orcum ne quidèm Diis poteſtas.

155. *In Archilochum.*

JULIANI.

Monumentũ hoc Archilochi maritimum, qui olim amaram
Muſam viperino primus tinxit felle,
Sanguine fœdato Helicone illo miti: novit Lycambes,
Lugens trium nexos laqueos filiarum.
Tacitè agè præteri, viator, ne fortè hujus
Commôris in tumulo crabrones nidulantes.

156. *In Eundem.*

THEOCRITI.

Archilochum, & ſiſte, & intuere veterem Poëtam
Illum Iambicum, cujus infinita Gloria
Penetravit & ad Heſperum, & ad Auroram.
Certè quidèm illum Muſæ & Delius amabant Apollo;
Adeò numeroſuſque erat & dexter
Carminibuſq; componendis, ad lyramq; cantandis.

157. *In Euripidem.*

IONIS.

Non hoc tuum eſt monumentum, Euripide; at tu hujus;
Tuâ enim gloriâ monumentum hoc ornatur.

158. *In Sophoclem.*

SIMONIDIS.

Placidè ſuper tumulum Sophoclis, placidè hedera
Serpas, virides effundens comas;
Et folium undiq; floreat roſæ, atq; amans acinorum
Vitis, teneros circum palmites fundens,
Ob doctrinam ſapientem: quam mellitus ille
Elaboravit Muſas inter & Gratias.

159.

159. *In Anacreontem.*

ANTIPATRI *Sidonii.*

Floreat quatuor corymbis ornata, Anacreon, circum te hedera,
Molliaque pratorum purpureorum folia;
Fontes autem candidi ſurſùm exprimantur lactis;
Suave-olenſque è terrâ dulce fundatur vinum.
Ut etiam tibi ciniſque & oſſa voluptatem percipiant;
Si quidèm ulla ad mortuos accedit lætitia.

160. *In ſuum Patrem.*

CALLIMACHI.

Quicunque meum præter tumulum fers pedem, Callimachi me
Scito Cyrenæi filiumque & genitorem.
Nôris autem ambos utiq;: hic quidem olim patriæ armorum
Dux fuit, ille verò cecinit majora invidiâ.
Nec invidia: Muſæ enim quoſcunque viderunt lumine pueros,
Uſque dum vita manet, canos non abjecerunt amicos.

161. *In Hermocrateam.*

ANTIPATRI.

Viginti *ego* Hermocratea & novem liberos nixa
Nec unius *filii*, nec unius *filiæ* vidi mortem.
Non enim telis-percuſſit meos natos Apollo:
Non gravitèr deflendas Diana ſuſtulit virgines.
Contrà autem illa quidem ſolvit mearum partûs-dolores præſens,
Phœbus verò ad juventutem mares perduxit
Illæſos morbis. Vide quàm meritò præſtòn
Liberiſque & linguâ modeſtâ *Nioben* Tantali filiam.

162. *In Imaginem Thyrſidos Paſtoris, cujus Oves dormientis ipſe Amor paſcebat.*

MYRINI.

Thyrſis paganus, qui Nympharum oves paſcit,
Thyrſis, qui modulatur Panis par fiſtulæ.
Meridianus, vini-potor, umbroſâ ſub hâc pinu dormit.
Servat autem ipſe ſumpto greges pedo Amor.
O Nymphæ, Nymphæ, excitate in-lupos-audacem
Paſtorem, ne ferarum præda fiat Amor.

163. *In Pauperem.*

CALLIMACHI.

Habui è tenui *re* modicum victum, nec quicquam mali
Faciens, nec injuriâ-afficiens quenquam, Tellus alma,
Micylus: Siquid pravum approbavi, neque tu levis
Sis, neque alii Dii, qui me habetis.

In Egeſtatem.

Ad omnia timidus pauper eſt negotia,
Et omnes ſe contemnere putat.
Cui enim res tenuis eſt, aſperiùs
Fert omnia moleſta, O Lampria.

164. *In Thaletem.*

ANTIPATRI.

Certè quidèm parvum monumentum, gloriam verò ad cœlum uſquè extenſam
Studioſiſſimi hujus Thaletis vide.

165. *In Miltiadem.*

Incerti.

Omnes, ô Miltiade, *tua* laborioſa facinora nôrunt,
Perſæ *præſertim* & Marathon, tuæ virtutis ſacrata Regio.

166. In-

166. Incerti.

Filio pater hoc ſepulcrum *erexit*, contrà v. fuiſſet æquum:
Erat verò juſtitiâ invidia velocior.

167. *In Heraclitum.*

DIOGENIS *Laertii.*

Heraclitus ego *ſum*: quid me deorsùm trahitis, ô indocti?
Non vobis laboravi, at me intelligentibus.
Unus mihi vir, ſexcenti. Innumeri autem,
Nemo: hæc eloquor etiam apud Proſerpinam.

168. *In Diogenem.*

ANTIPATRI.

Baculus, & pera, & duplex pannus Philoſophi
Diogenis, vitæ onus leviſſimum.

169. *In Heraclitum.*

CALLIMACHI.

Nunciavit quiſpiam, Heraclite, tuam mortem, & ad lacrymas me
Adegit: recordatus autem ſum quoties uterq;
Solem in confabulatione condidimus. at tu quidèm alicubi,
Hoſpes Halicarnaſſenſis, pridèm pridèm cinis es:
Tuæ verò vivunt Luſciniæ, quibus ille omnium
Raptor Pluto non manum injiciet.

170. *In Epictetum.*

LEONIDÆ.

Servus Epictetus fui, & corpore mancus;
Et paupertate Irus, & amicus immortalibus *Diis.*

171. *In Cleombrotum.*

CALLIMACHI.

Effatus, Phœbe vale, Cleombrotus ille Ambraciota
Deſiluit ab alto muro in Orcum.

Nullum

Nullum morte dignum cùm vidiſſet malum, ſed Platonis
Uno de Animâ ſcripto perlecto.

172. *In Obtrectatores.*

Incerti.

Non inſcius ſcripſit Cimon hæc: omni imminet operi
Momus, quem ne quidem Heros Dædalus effugit.

173. *In Myronis Bovem.*

JULIANI.

Bubulce, quo procurrere me cogis? deſine pungere;
Non enim mihi ars etiam hoc dedit habendum.

174. *In Poculum ſigillo Tantali ornatum.*

GALLI.

Hic priſtinus Beatorum conviva, hic qui ventrem
Sæpe nectareo impleverat potu,
Jam guttam mortalem deſiderat: invidus verò
Humor ſemper labio eſt inferior.
Bibe, dicit ſigillum, & myſteria diſce ſilentii:
Nos linguâ præcipites hæc luimus ſupplicia.

175. *In Echo.*

LUCIANI, *hi verò* ARCHIÆ.

Echo ſcopulos habitantem vides, amice, Panis comitem,
Repercuſſum ſonum recenturam,
Omnigeni oris loquacem imaginem, paſtoribus dulce
Ludicrum. Quæcunq; dicis, totidem audiens abi.

176. *In Statuam Veneris Cnidiæ.*

Ejuſdem.

Tibi formæ ſuſpendi tuæ perpulchram imaginem,
Cypri, tuâ formâ potius nihil habens.

177. *In*

177. *In Armatam Venerem Spartæ.*

JULIANI.

Pallas Cytheream armatam dixit conſpicata;
Cypri, vin' ita ad judicium eamus?
Illa verò, molle cum riſiſſet, quo mihi ſcutum adverſum tollere?
Si nuda vinco, quid cum arma ſumſero?

178. *In Statuam Mercurii.*

XENOCRATIS.

Mercurio ligneo quidam ſupplicavit, & lignum erat.
Dein ipſum ſublatum humi jecit: ab hoc vero aurum
Effluxit fracto. contumelia præbuit ſæpe lucrum.

179. *In Statuam Junonis Herculi mammam admoventis.*

Ipſam Novercam finxit: quapropter mammam
In nothum faber non addidit lac.

180. *In Statuam Nemeſis.*

Nemeſis prædicit cubito frænoque,
Neq; immoderatum quid facere, neq; effrænia loqui.

181. *In Templum Æſculapii.*

Caſtum oportet *illum*, qui templum thure redolens intrat,
Apparere. Caſtimonia autem eſt caſto eſſe animo.

182. *In Statuam Temporis.*

POSEIDIPPI.

Quis, unde faber? Sicyonius. quodnam vero nomen?
Lysippus. Tu autem, quis? Tempus omnia domans.
Quare vero summis *pedibus* incedis? semper rotor. quid v. alas
Pedibus habes geminas? volo ventis sublatum.
Manu verò dextrâ quid fers novaculam? viris documentum
Acie omni me acutius esse.
Coma verò, quid in fronte? Ut eam obvius prehendat.
Per Jovem partes *capitis* aversæ quapropter calvæ sunt?
Semel enim alatis prætermissum me pedibus
Nemo jam *quantumvis* cupidus reprehendet.
Tale me Artifex formavit vestrî gratiâ,
Hospes, & in vestibulis posuit documentum.

183. *In Lavacrum.*

PLATONIS.

Aut talis Cytheream peperit aqua, aut Cytherea
Talem reddidit aquam, suam cutem lavando.

184. *In alterum Balneum parvum.*

Ne fastidias parva. Gratia sequitur parva.
Parvus & Veneris fuit puer Amor,

185. CYRI.

Cypris cum Gratiis & filio aureis-instructo-jaculis
Cum hîc lavisset, mercedem dedit gratiam.

186. *A Naufragis.*

LUCIANI.

Glauco, & Nereo, & Inô, & Melicertæ,
Et profundo Saturni filio, & Samothracibus Diis,
Servatus è Pelago Lucillius hîc tonſus ſum
Crines capitis, aliud enim nihil habeo.

187. *In Zenophilam.*

MELEAGRI.

Dulce melos, per Pana Arcadem, fiſtulâ canis,
Zenophila canora, dulce quiddam ſonas melos.
Quò te fugiam? undique me circumeunt Amores,
Et ne tantillum reſpirare quidem ſinunt tempus.
Aut enim mihi Forma incutit amorem, aut rurſus Muſa,
Aut Gratia, aut quid dicam? omninò igne uror.

188. LUCILLII.

Aut amare dele, Cupido, prorſus, aut amari
Adjunge: ut vel ſolvas amorem, vel miſceas.

189. RUFINI.

Nonne dixi, Prodice, ſeneſcimus? non prædixi,
Aderunt citò diſſolutrices amoris?
Nunc rugæ, & capilli cani, & corpus lacerum,
Et os priores non ampliùs gerens gratias.
Numquis te, ſuperba, accedit, aut adulans
Supplicat? ut ſepulchrum, verò jam te præterimus.

190. PHILODEMI.

Ars fidium, & arguta loquacitas, & laſcivus oculus, & cantus
Xanthippes, & ignis jam incipiens,
O anime, incendent te; hoc vero, quâ ex parte, aut quando, & quî,
Non novi. ſcies, infelix, inter ardendum.

191. Ejuſdem.

Amatus eras, dives cum eſſes, Soſicrates; ſed pauper factus
Non ampliùs amaris: fames remedium en quale habet!
Illa autem, quæ priùs te vocabat unguentum & dulcem Adonin,
Menophila, nunc tibi nomen quærit.
Quis? unde es virorum? ubi tibi urbs? ægrè ſanè cognôſti
Iſtud verbum, neminem nihil habenti *eſſe* amicum.

192. Ejuſdem.

Mitto tibi, Rhodoclea, hanc corollam, floribus plexam,
Meis ipſius decerptis manibus.
Eſt Lilium, Roſaque clauſa, roſcidaque Anemone,
Et Narciſſus mollis, & purpurea Viola.
His redimita, deſine ſuperba eſſe:
Flores, & defloreſcis, & tu, & corolla.

193. CALLIMACHI.

Juravit Callignotus Ionidi nunquam illâ
Se habiturum nec amicum potiorem, nec amicam.
Juravit; atqui vera dicunt, quæ in amore *fiunt*
Juramenta non penetrare aures ad immortalium:
Nunc verò ille quidem alîus planè accenditur igne, miſeræ autem
Nymphæ, ut Megarenſium, nec ratio nec numerus.

194. JULIANI *Ægyptii.*

Coronam nectens aliquando inveni
Inter roſas Amorem;
Et alis prehenſum
Demerſi in vinum.
Sumptum autem ebibi illum;
Et nunc intra meos artus
Alis titillat.

195. RUFI

195. RUFI *Domeſtici.*

Omnia tui amo, ſolum vero tuum judicio caſſum oculum
Odi, odioſis hominibus ſe oblectantem.

196. *In Donarium Laidis.*

PLATONIS.

Quæ inſolenter riſi ſuper Græciâ, quæ amantium
Examen ad fores Lais habui juvenum,
Paphiæ ſpeculum *ſuſpendo*. quoniam talis quidem ſpectari
Non volo, qualis verò eram olim, non poſſum.

197. HESIODI.

Ille quidem omnium optimus *eſt*, qui ipſe omnia viderit,
Sed & ille bonus eſt, qui benè monenti paruerit.
Qui verò nec ipſe videat, nec alii parere
In animum inducat, ille contrà Homo *eſt* inutilis.

198. *In Virtutem.*

Quæ dixerit verba Juno, Hercule inter Divos relato.

Tuæ virtutis ſudori pulcram retulit remunerationem
Tuus pater, Hercules: ſcilicet labor immenſam gloriam
Viris novit afferre, poſt infinitum circulum certaminum.

199. *Ad Hermiam.*

Virtus laborioſa,
Humano generi
Pulcherrimum aucupium vitæ;
Tuam propter, O Virgo, formam

Et mori æmulatione dignum Græciæ fatum,
Et labores ferre tabificos & indefeſſos :
Tale menti injicis
Semenque immortale,
Auroque potius & parentibus,
Somnoque dolores-ſedante.
Te autem propter Jove *natus* Hercules
Ledæque filii
Multa ſuſtinuere,
Factis prædicantes tuam potentiam.
Tuo verò præ amore Achilles
Ajaxque Orci domos adiêre.
Tuamque propter amabilem formam
Atarnei Alumnus
Solis viduavit Lumina.
Quapropter decantatus geſtis *eſt* :
Immortaleſque ipſum ornabunt Muſæ
Mnemoſynes filiæ,
Jovis Hoſpitalis reverentiam celebrantes,
Amicitiæque honorem fidæ.

200. *Decerpta ex Theognide.*

Nemo hominum perſuaſerit *te* malum virum amicum habe-
Cyrne, quid prodeſt iſte vir amicus factus ? (re,
Neque te è moleſto labore eripuerit & damno,
Neque ſanè boni *quicquam* habens, hujus te participem
Improbis verò benefacienti vaniſſima gratia eſt: (vult.
Idem ac ſerere pontum maris cani.
Neq; enim pontum ſerens denſam ſegetem metas licet,
Neq; malis benefaciens, beneficium viciſſim receperis.
Inexpletam enim habent improbi mentem : ſi verò unum
deliqueris,
Superiorum omnium effuſa eſt gratia.
At probi plurimùm fruuntur *beneficio* accepto,
Memoriamq; habent bonorum, & gratiam poſtea.
Nunquam malum virum amicum fac ſodalem,
Sed ſemper fuge tanquam malum portum.
Multi ſanè potûs & cibi ſunt amici ;
In ſeria autem re pauciores.

201.

Malis autem piè paucis cum facultatibus vivere,
Quàm dives esse, injustè opes adeptus.
In justitiâ autem comprehensim omnis virtus inest :
Omnisq; vir bonus *est*, Cyrne, justus qui est.
Divitias quidem Numen etiam improbissimo viro dat ;
Sed virtus paucos viros, Cyrne, comitatur.
Insolentiam, Cyrne, Deus primum malum dedit viro,
Cujus est locum nullum positurus.
Parit sanè satietas insolentiam, cum improbum opes comitentur
Hominem, & cui non mens integra sit.
Nunquam utiq; paupertatem animo pestiferam viro iratus,
Neque egestatem, Cyrne, malam objice :
Jupiter enim sanè libram inclinat aliàs alii ;
Aliàs quidem ditescere, aliàs verò nihil habere.
Nunquam, Cyrne, elequere verbum magnum : novit enim nemo
Hominum, quid nox & dies viro perficiat.

202.

Arietes quidem & asinos quærimus, Cyrne, & equos
Generosos, & quivis vult ex bonis
Admittere : ducere autem malam mali *filiam* non gravatur
Generosus vir, si ei pecunias multas det.
Nulla *fœmina* mali viri recusat esse uxor
Divitis ; sed divitem vult pro bono.
Opes quidem æstimant ; & ex malo *natam* bonus duxit,
Et malus ex bono *ortam* : divitiæ miscuerunt genus.

203.

Opes verò cui à Jove & cum justitiâ viro fuerint,
Et purè semper ac stabiliter permanent :
Si verò injustè præter tempus vir lucri-cupido animo
Acquiret, sive jurejurando, præter justum captas,

Statim quidem ferre lucrum videtur, in fine verò
Rursum est damnum. Deorum enim superior est mens.

204.

Divitiarum autem nullus *est* certus finis hominibus:
Qui enim nunc ex nobis plurimas habent facultates,
Ad duplum properant. Quisnam saturaverit omnes?
Opes quidem mortalibus sunt amentia.

205.

Mali, non prorsus mali ex utero nati sunt;
Sed cum viris malis junctâ amicitiâ,
Factáq; improba didicerunt, & verba maledica, & con-
Sperantes illos omnia dicere vera. (tumeliam,

206.

Multi quidem mali sunt divites, boni autem sunt pauperes:
Sed nos cum illis non commutabimus (per;
Virtutem divitiis: quoniam illud quidem stabile *est* sem-
Opes verò hominum nunc hic nunc ille habet.
Cyrne, bonus quidem vir animum habet firmum semper,
Bonóque est animo ínque bonis positus, ínque malis.
Si verò Deus malo viro facultates & divitias dabit,
Insipiens malitiam non potest continere.

207.

Nil nimis festina: tempus enim in omnibus optimum
Factis hominum. Sæpe verò ad virtutem
Festinat vir lucrum quærens; quem fortuna
Propensa in magnum delictum transversum agit:
Et eum fecit putare, quæ quidem sint mala, ea bona esse,
Facile; quæ vero sint utilia, ea mala *esse*.

208.

O improba Paupertas! cur cessas *me* derelicto ad alium
Virum ire? cúrq; me non volentem amas?

Quin

Quin abi, & domum aliam obito, neque nobiſcum
Semper miſeræ hujuſce vitæ ſis particeps.

209.

Opinio quidem hominibus malum magnum *eſt*, experientia autem optimum:
Multi inexpertam opinionem habent bonorum.

210.

Neque malis laborans triſtare mentem, neque bonis
Oblectatus ſis repentè, antequam finem extremum videris,
Multos ſanè ſatietas viros perdidit dementes;
Nôſſe enim arduum *eſt* modum, cum bona adſint.

211.

Ignavis verò benefacienti duo *ſunt* mala: nam & *ſe* ſuis
Privabit multis, & gratia nulla *habebitur*.

212.

Ne unquam laudaveris priuſquam noveris virum clarè,
Ingenium, & modum, & mores qualis ſit.
Multi ſanè fucatos ſubdolos mores habentes,
Occultant, induti animum diurnum:
Horum vero indicat omnium tempus mores cujuſque.
Nam & ego rectam animi ſententiam longè jam extra perrexi;
Prævenique laudans, priuſquam tuos per omnia didiciſſem
Mores: nunc autem jam, navis velut, longè diſcedo.

213.

Timagora, multorum ingenium à longè inſpicienti
Cognoſcere difficile, etiamſi ſis ſapiens:
Alii quidem enim vitium tectum habent
Opibus; alii verò virtutem perniciosâ paupertate.

214.

Spes inter homines ſola dea bona eſt:
Alii vero *dii* ad Olympum, *nobis* derelictis, abierunt.

Abiit

Abiit quidem Fides magna Dea, abiitq; virorum
Temperantia; Charitéſq; ô amice, terram reliquerunt.
Juramentáq; non ampliùs fida inter homines *ſunt* juſta,
Neque Deos ullus veneratur immortales.
Piorum verò virorum genus periit, neque jura
Ampliùs cognoſcunt, neq; ſanè pietatem:
Sed donec quis vivat & videat lumen ſolis,
Piè ſe gerens erga Deos, Spem expectet:
Precetur verò Deos, & ſplendidas coxas adolens,
Speiq; primæ & ultimæ ſacrificet:
Conſideretq; injuſtorũ virorũ obliquam rationem ſemper,
Qui, Deos immortales nihil reverentes,
Semper alienis opibus intendunt cogitationem,
Turpibus ad mala facinora pactis initis.

215

Nullus pretium redemptionis dans mortem fugerit, neque
Infortunium, niſi fatum finem impoſuerit: (grave
Neque triſtitiam, quando nempe Deus mœrores mittit,
Mortalis vir donis, ſi velit, effugerit.

216. *Solonis quædam.*

Mnemoſynes & Jovis Olympii inclytæ filiæ,
Muſæ Pierides, audite me precantem.
Felicitatem mihi a Diis beatis date, & ab omnibus
Hominibus ſemper exiſtimationem habere bonam:
Eſſe verò jucundum hîc amicis, inimicis autem aſperum;
Illis quidem venerandum, his verò formidabilem aſpectu.
Pecunias autem cupio quidem habere; at injuſtè poſſidere
Nolo: poſt omnia conſequitur Pœna.
Opes verò, quas quidem Dii dederint, adſunt homini
Stabiles ex imo fundo ad verticem *uſque*.
Quas verò homines colunt, ab injuriâ non ritè
Proveniunt, ſed injuſtis operibus inductæ,
Invitæ ſequuntur, ſtatimq; immiſcentur calamitati:
Principium à parvo incipit, velut ignis,
Leve quidem imprimis, ſed luctuoſum definit.
Non enim diu mortalibus injuriæ opera durant.

217. MENANDRI.

Per Minervam, eximium probitas *eſt bonum*
Ad omnia, & mirificum viaticum vitæ.

218. MENANDRI.

Si lacrymæ nobis malorum erant medicina,
Semperque qui flevit ab ægritudine ceſſabat,
Mutaremus lacrymas, dato auro:
Nunc autem non advertunt res, neque reſpiciunt
Ad has, Domine, ſed eâdem viâ,
Sive plores, ſive non, ibunt,
Quid igitur proficimus? nihil: dolor tamen
Habet, ut arbores fructum, lacrymas.

219. Ejuſdem.

Siquidem natus eras tu, Trophime, omnium *mortalium* ſo-
Cum peperit mater te, eâ lege ut perſtes (lus,
Facere quæ lubet, & fortunâ perfrui bonâ ſemper,
Idque Deorum aliquis recepit tibi,
Meritò indignaris: nam fefellit te,
Improbumque fecit. Sin iiſdem legibus,
Quibus nos, hauſiſti auram *hanc*
Communem, (ut tecum magnificentius quid loquar)
Ferenda meliùs hæc, & reputanda ſunt;
Summa verò rationum *huc redit*. Homo es,
Quo mutationem citiùs in ſublime, & denuò
Humilitatem nullum animal ſuſtinet:
Et valdè meritò: infirmius enim cum ſit
Naturâ, maximis verſatur in adminiſtrandis rebus;
Cum vero deciderit, multa conterit egregia.
Tu verò neque eximia, Trophime, amiſiſti
Bona, nunc autem ſunt modica etiam quæ tibi *contigerunt*
mala.
Quare moderatione quâdam, &, quod nunc te dolet, fer.

220. *In Moroſo.*

MENANDRI.

De divitiis crepas, re inſtabili:
Siquidem enim nôſti has manſuras tecum
In omne tempus, cuſtodias *velim*, nemini
Alii impertiens, ſed ipſe ſolus poſſeſſor.
Si autem nihil à te, ſed à Fortunâ omnia habes,
Quid invideas, O pater, horum cuiquam?
Ipſa enim alii forſan indigno cuidam
Adempta tibi omnia ſuperaddet rurſus.
Quapropter ego te dico oportere, quamdiu
Sis dominus, uti liberaliter, Pater,
Ipſum ſuccurrere omnibus, opulentos reddere,
Quam plurimos potes per te; Hoc enim
Immortale eſt; &, ſi unquam impegeris,
Inde erit idem ipſum tibi *denuo*.

221. PHILEMONIS.

Quicunq; dicit eorum prorſus, quæ ad rem pertinent, nihil,
Prolixum judica, licet duas *tantum* dixerit ſyllabas;
At benè dicentem ne judices eſſe prolixum,
Ne quidem quantumvis dixerit multa, & multo tempore.
Argumentum verò hujus rei Homerum ſume;
Is enim nobis myriadas verſuum ſcribit,
Tamen ne unus quidem Homerum dixit prolixum.

222. SIMYLI.

Nec natura ſufficit ſine arte
Ad quodvis ſtudium omnino cuiquam;
Nec rurſus ars naturâ deſtituta.
Sed & his pariter duobus conſociatis
In unum, inſuper oportet adſciſcas ſumptum,
Amorem, uſum, tempus opportunum, diem-longum, aptum-a-naturâ
Judicem, dicta qui valet contracta dare.
In quocunque enim horum quis defecerit,

Non

Non attingit finem propoſiti.
Natura, voluntas, induſtria, diſciplina,
Sapientes reddunt bonoſque: annorum autem ſanè
Numerus nihil aliud præter ſenectutem fert.

223. EVENI.

Multis contradicere quidem mos *eſt* de omni pariter re;
Rectè autem contradicere, non jam Hoc in uſu *eſt*.
Et ad hos ſanè ſatis eſt verbum illud unum vetus;
Tibi quidem hæc videntur, mihi verò illa.
Prudentes verò quis perſuaſerit celerrimè dicendo benè:
Qui quidem & facillimè docilis ſunt ingenii.

224. *In Jovem.*

CALLIMACHI.

Ultimi verſus primi Hymni.

Salve plurimum, Saturnie omnium-ſupreme, dator bono-
(rum,
Dator incolumitatis. tua verò opera quis canat?
Non fuit, non erit. Quis utique Jovis opera canet?
Salve, Pater, ſalve iterum. da verò virtutemque opeſque.
Neque *enim* ſine virtute opulentia novit homines amplos,
facere, (lentiam.
Nec virtus *ſine* opibus. *Tu* verò da virtutemque & opu-

225. *In Lavacrum Palladis.*

Ex Hymno.

Ne unguenta, lotrices, Palladi, neve alabaſtros
(Neque enim Minerva unguenta mixta amat)
Attuleritis: nec ſpeculum. ſemper venuſtus eſt oculus illius.
Ne quidem, cum Idæ Phryx *Paris* dijudicabat litem,
Vel in Orichalcum Magna Dea, vel Simoentis
Inſpexit vorticem in perlucentem:
Nec Juno: Cypris verò, pellucido ære ſumpto,
Sæpe eandem bis tranſpoſuit comam.

226.

226. *De Agro.*

PHILEMONIS.

Jure optimo tenenda poſſeſſio eſt mortalibus ager,
Quorum natura eget enim, diligenter fert,
Frumenta, oleum, vinum, caricas, mel.
Vaſa autem argentea ſunt, & purpura
Tragœdis *quidem* accommoda, non *autem* vitæ.

227. *De Superbiâ.*

MENANDRI.

Argentum, Juvenis, tibi videtur
Non neceſſariorum indies modò
Æſtimationem præſtare poſſe, panium, opſoniorum,
Aceti, olei, ſed & majoris alîus cujuſpiam.
Immortalitatis verò non poteſt, ne quidem ſi congeſſeris
Tantali talenta illa celebrata.
Verùm, ubi morieris, hæc relinques aliis.
Quorſum igitur *hæc* dico? neque ipſe, ſi abunde opum tibi ſit,
Confidas iſti, neque pauperes contrà
Nos deſpicias; verum felicitatis perpetuo tenore
Præbeas teipſum aſpectantibus dignum.

228. *In Lyram.*

ANACREONTIS TEII Odæ quædam.

Volo dicere Atridas,
Volo etiam Cadmum canere:
Barbitus verò chordis
Amorem ſolum ſonat.
Mutavi nervos nuper,
Et lyram univerſam.
Et ego quidem canebam Labores
Herculis: Lyra verò

Amores

Amores reſonabat.
Valeatis deinceps nobis,
Heroes: Lyra enim noſtra
Solos Amores canit.

229. *In Amorem.*

Medio noctis olim tempore,
Vertitur ubi Urſa jam
Ad manum Bootæ,
Hominumque genus omne
Jacet labore domitum,
Tunc Amor ſuperveniens mihi
Forium pulſabat repagula.
Quis, dixi, fores frangit?
Mea interturbabis ſomnia.
Amor verò, Aperi, inquit,
Infans ſum, ne formida.
Madeo autem *pluviâ*, & illunem
Per noctem deerravi.
Miſertus ſum, his auditis;
Statimque, accensâ lucernâ,
Aperui, & puerum quidem
Conſpicio, geſtantem arcum,
Alaſque, & pharetram.
Ad focum verò cum collocâſſem,
Palmis manus illius
Reſovebam, è capillis autem
Exprimebam manantem aquam.
Ille verò, ſimul frigus *ſe* remiſit,
Age, inquit, experiamur
Huncce arcum, ſiquid mihi jam
Læditur madefactus nervus.
Tendit verò, & me ferit
Medium jecur, ut œſtrum.
Subſilit autem cachinnans,
Hoſpes, verò, dixit, unà gratulare,
Cornu illæſum quidem eſt,
Tu verò cor dolebis.

230. *Ad Se.*

Dicunt mihi feminæ,
Anacreon, ſenex es.
Sumto ſpeculo, cerne
Comas quidem non ſupereſſe,
Nudam verò tibi frontem.
Ego autem comas quidem,
Sive ſuperſunt, ſeu abierunt,
Non novi: hoc verò novi,
Senem *eo* magis
Decere jocoſe ludere,
Quò propiùs fatalia.

231. *In Amorem.*

Lubet, lubet amare.
Suadebat Amor me amare;
At ego, habens animum
Inconſultum, non parui.
Ille autem protinus, arcu ſublato
Et aureâ pharetrâ,
Ad pugnam me provocabat.
At ego, ſumto in humeris
Thorace, ut Achilles,
Et haſtilibus & ſcuto,
Pugnabam cum Amore.
Mittebat, ego verò fugiebam.
Ut autem non amplius habuit ſagittas,
Indignabatur, dein ipſum ſe
Emiſit pro ſagittâ.
Medius autem cordis mihi
Subiit, & me ſolvit.
Fruſtrà verò teneo ſcutum;
Quid enim objicerem extra,
Pugnâ intus me occupante?

232. *In Amorem.*

Muſæ Amorem
Vinctum corollis
Pulchritudini tradiderunt.
Et nunc Cytherea
Quærit, redemptionis pretium ferens,
Quò liberet Amorem.
Si verò liberârit quis illum,
Non exit; manebit verò:
Servire edoctus eſt.

233. *In Amorem.*

Amor olim inter roſas
Cubantem apem
Non advertit, ſed vulneratus eſt.
Digitum verò morſus
Manûs, ululavit.
Curſu autem & pennis allatus
Ad formoſam Cytheream,
Perii, Mater, dixit,
Perii, & emorior.
Serpens me percuſſit parvus
Alatus, quem vocant
Apem agricolæ.
Illa verò dixit, ſi aculeus
Dolet ille apis,
Quantum, videtur tibi, dolent illi,
Amor, quotquot tu feris?

234. *In Ver.*

En ut veris adventu
Gratiæ roſis abundant!
En ut fluctus maris
Mollitur ſerenitate!

En ut anas urinatur!
En ut grus remeat!
Purè autem enituit Titan.
Nubium umbræ agitantur.
Mortalium vero nituerunt labores *ruſtici*,
Frugibus terra proſpectat,
Fructus olivæ exſerit ſe.
Bromii coronatur latex.
Perq, folia ſingula, perq; ramos
Depreſſos floruit fructus.

235. *In Cicadam.*

Beatam prædicamus te, Cicada,
Quòd ſummis in arboribus,
Exiguum rorem potus,
Rex tanquam, canis.
Tua enim ſunt illa omnia,
Quotcunque ſpectas in agris,
Et quotcunque afferunt Horæ.
Tu verò cum agricolis pacem colens;
Nullâ ex re quicquam lædens:
Tu verò honorata mortalibus,
Æſtatis dulcis propheta.
Amant quidem te Muſæ,
Amat quoque Phœbus ipſe,
Canorámque dedit cantilenam.
Senectus autem non te terit,
Prudens, terrigena, cantûs amans,
Doloris expers, ſanguinis & carnis expers.
Propè es Diis ſimilis.

236. *In Amorem.*

Moleſtum non amare,
Moleſtius verò & amare:
Moleſtius verò omnium
Fruſtrà eſſe amantem.
Genus nihil ad amorem:
Sapientia, mores calcatur.

Solum

Solum argentum ſpectant.
Pereat primus ille,
Qui argentum adamavit.
Ob hoc non frater,
Ob hoc non parentes.
Bella, cædes ob iſtud.
Quodque pejus, perimus
Ob hoc nos amatores.

237. *Amor Fugitivus.*

MOSCHI.

Venus Amorem filium altùm inclamabat: i. *alta clamans, dicebat,*
Si quis in triviis vagantem vidit Amorem,
Fugitivus meus eſt: Index munus habebit.
Eſt autem Puer ille inſignis: inter viginti alios cognoveris ipſum.
Corpore non albus, verùm igni ſimilis: oculi ipſius
Acres & flammei, mala mens, dulcia verba;
Non enim idem ſentit & loquitur. ut mel, vox eſt:
Sed, cùm iraſcitur, mens eſt immitis, fraudulenta,
Nihil veri dicens: doloſus Puer, crudelia ludit.
Pulchrè capillatum *eſt illi* caput, habet autem protervam faciem.
Exiguæ quidem illius ſunt manus, ſed procul jaculatur:
Jaculatur uſque ad Acherontem, & Inferni regem.
Corpore quidem nudus, at mens illi tecta eſt:
Et volucris ſicut avis circumvolat nunc ad hos, nunc ad illos,
Viros & mulieres, viſceribus autem inſidet.
Arcum habet valde exiguum, ſuper arcu verò ſagittam:
Exigua illi ſagitta, at in cœlum uſque fertur.
Et aurea in humeris pharetra: in eâ autem ſunt
Amarulentæ Arundines, quibus ſæpè etiam me ſauciat.
Omnia ſunt crudelia, omnia; multo verò magis quæ ipſi eſt
Parva fax, Solem ipſum perurit.

Si tu ceperis illum, vinctum duc, neque miſereariſ.
Et, ſi quando flentem videris, cave ne te fallat:
Etiam ſi riſerit, tu attrahe ipſum: atque, ſi voluerit te oſculari,
Fuge: malum eſt oſculum, ipſa labra ſunt venenum.
Si verò dixerit, cape hæc, dono tibi quæcunque mihi ſunt arma,
Ne quicquam attigeris: fallacia dona *ſunt*; igne enim omnia tincta ſunt.

238. *Aurea Carmina*

PYTHAGORÆ.

Primùm Deos immortales, ut lege ordinatum eſt,
Cole, & juſjurandum obſerva, deinde Heroas præclaros:
Et inferos Dæmonas venerare, legitima *eis ſacra* faciens:
Parenteſque honora, & qui genere tibi proximi ſunt.
Cæterorum verò tibi amicum virtute fac quiſquis *eſt* optimus.
Lenibus autem cede verbis, factiſque utilibus.
Nec oderis amicum tuum exigui peccati causâ.
Hæc quidem ſic teneas. Cæterùm his ſuperior eſſe aſſueſce,
Ventre quidem primum, & ſomno, & libidine,
Et iracundiâ. Turpe verò quippiam nunquam feceris, nec cum alio,
Nec tecum: ſed omnium maximè teipſum reverere;
Deinde juſtitiam exerce, & verbis & factis.
Neque inconſideratè te in ullâ re gerere aſſueſce;
Sed nôris quòd omnibus fato deſtinatum ſit mori:
Pecuniæ verò aliàs acquiri volunt, aliàs perdi.
Quáſque divinâ ſorte homines calamitates habent,
Earum quamcunque portionem habeas, lenitèr fer, nec indignare:
Mederi tamen *illis* decet, quantum potes. Sic verò cogita;
Non admodum multum bonis *viris* Parca de illis tribuit.
Multi verò ad homines tam mali quam boni ſermones
Accidunt; quibus neque exterrearis, neque ſinas
Te dimoveri *ab inſtituto*. Mendacii verò ſi quid dicatur,

Leniter

Leniter ſuſtine. Quod autem *nunc* dicam, per omnia perficiatur :
Nemo nec verbis te deceptum adegerit, neq; omninò factis,
Ut facias dicáſve quod tuo animo non melius eſt.
Conſulta ante opus, ut ne ſtulta *inde* exiſtant.
Stolidi utique eſt & facere & dicere inconſiderata viri.
Verùm ea perage, quæ te poſtea non moleſtent.
Nihil autem illorum age quæ ignoras ; ſed diſce
Quæcunque opus eſt : atque ita jucundiſſimam vitam tranſiges.
Neque ſanitatem corpoream neglectui habere oportet,
Sed modum in potu, cibo & exercitiis
Adhibere : modum autem voco id, quod tibi dolorem non creaverit.
Sed aſſueſce victum habere purum, non delicatum.
Et cave ea facere quæcunque invidiam habent.
Ne ſumptus importunè facias, velut honeſti ignarus;
Nec illiberalis ſis, modus quippe in omnibus optimus.
Fac autem ea quæ tibi non nocuerint : & rationes ſubduxeris ante opus.
Neque ſomnum languentibus oculis admiſeris,
Priuſquam diurnorum operum ſingula ter *animo* obieris :
Quò tranſilii ? quid autem feci ? quid mihi, cum oportuit, non peractum eſt ?
Exorſus autem à primo percenſe : &, deinde
Turpibus quidem perpetratis, increpa *te* ; bonis verò, delectare.
Hæc elabora, hæc meditare ; hæc opus eſt te adamare :
Hæc te in divinæ virtutis veſtigia conſtituent.

239. PHILISCI.

Vir juſtus eſt, non quivis injuriam non inferens,
Sed qui, inferre injuriam cum valet, nonvult :
Neque, qui parva accipere abſtinuit,
Sed qui magna perdurat non accipere,
Cum habere poſſit & poſſidere impuné.
Nec quiſquis hæc omnia præſtat quovis modo,
Sed qui, doli-neſciam ſinceramq; habens naturam,
Eſſe juſtus, & non videri eſſe ſtudet.

240. *Bionis.*

IDYLLIUM 3.

Auguſta mihi Venus adhuc dormienti aſtabat,
Infantulum Amorem pulchrâ manu ducens,
Ad terram nutantem; talique me affata eſt modo,
Canere mihi, chare paſtor, acceptum Cupidinem doce.
Sic dixit, illa quidem abiit; ego vero, quæ paſtoritia carmina modulatus eram,
Stultus, utpote volentem diſcere Amorem docebam,
Ut invenit obliquam tibiam Pan, ut tibiam Minerva;
Ut teſtudinem Mercurius, citharamque ut dulcis Apollo.
Hæc ipſum edocebam: Ille verò non curavit *meas* fabulas,
Sed mihi ipſe canebat amatoria, & me docebat
Mortalium Immortaliumque amores, & Matris opera.
Et ego oblitus ſum quidem eorum, quæ Amorem docebam;
Quæ verò me Amor docuit amatoria, omnia didici.

241. PHILEMONIS.

Graviora mala reddunt plerique, Here,
Ipſi ſuâ culpâ, quàm ſunt ea ſuâpte naturâ.
Nempe, mortuus eſt filius, vel mater cuipiam;
Vel per Jovem aliorum neceſſitudine conjunctorum quis;
Siquidem hoc *ſic* acceperit; mortuus eſt, mortalis enim erat.
Tantundem fit malum, quantum reverà fuit.
Si verò; Vita non vitalis, non amplius tuebor,
Deperiit, ſi *inquam* ſecum iſta conſideret,
Ad mala is alia conſarcinat mala.
At qui ratione rectè ſubductâ omnia ſecum conſiderat,
Quod dolet deducit, quod juvat verò aſſumit.

242. *Euripides.*

CRESPHONTE

Pax profundis-*florens* opibus,
Et pulcherrima beatarum Dearum,

Deſide-

Desiderium mihi tui *crescit*, quum adeò moraris.
Veritus sum verò, ne priùs laboribus
Superaverit me Senectus, quàm
Tuum venustum *detur* tueri florem,
Et decentibus-junctos-choreis cantus,
Corollisque gaudentes comessationes.
Adventa mihi Venerabilis hanc Urbem,
Invisam Seditionem arce ab ædibus,
Insanientemque Discordiam
Acuto gaudentem ferro.

243.

MENANDRI.

——— Illum beatissimum prædico,
Quicunque luctûs expers, Parmeno, contemplatus
Pulchra hæc, quam primùm abiit, unde venit,
Solem illum communem, sidera, aquam, nubes,
Ignem. Eadem, centum licet annos vivendum sit,
Videbis præsentia, annos licet paucos admodum,
Pulchriora his alia nunquam videbis.
Panegyrin crede quandam esse tempus
Hoc quod dico, peregrinationem hanc suprà;
Turbam, forum, fures, aleæ lusus, occupationes.
Si primus exieris, divertes meliùs,
Abiisti enim viatico instructus, invisus nemini,
Qui diutiùs moratur, delassatus decessit.
Et malè senescens, alicujus rei indigus sit,
Jactatus hostes invenit, insidias alicundè sensit.
Non felici morte decessit, qui ad senium pervenit.

244.

PHILEMONIS.

O Cleon, desiste augari, siquidem pigreris discere,
Orbam auxilio tibi vitam imprudens reddes:
Neque enim Naufragus, nisi terram prehenderit allatus,
Unquam se servare valuerit; neque Vir Egenus cum fiat,

Artem

Artem nullam edoctus valeat tutò vitam agere.
Sed, *inquies*, opes ſuppetunt nobis. Quæ quidem celerrimè pereunt.
Sunt poſſeſſiones, Domus. Fortunæ autem viciſſitudines non ignoras,
Quod opulentum reddit mendicum craſtino die.
Si quis verò ex nobis in Artis portum penetraverit,
Anchoram ibi jacit alligatam ſecuritatis causâ.
Si verò indoctus tempeſtate fors jactatus fuerit,
Contra egeſtatem in ſenectute nihil habet perfugii.
At ſodales, & familiares tui, per Jovem,
Symbolam conferent. Ne optes amicorum periculum facere,
Sin minus, ſcies illos nihil aliud eſſe, præter meram umbram.

245.

PHILEMONIS.

Per Jovem Maximum, putabam, Soſia,
Ego quidem olim pauperes vivere ſolos
Doloribus affectos. Divitum vero vitam
Hilare quiddam eſſe, & lætitiam parere.
Nunc vero eorum differre quotidianis
Impenſis ſolummodo vitam cerno:
Miſerias vero habere majores, *quotquot* Fortunis majores ſunt.

FINIS.